







1690.

1. Brückner, W. Ch. Hieronymus: Professionem juris ordi-
nariam . . . hinc significat, et simul de iustitia
Romanorum et inde secuta norma, quam jus civile
vocant, agit:

2. Brückner, W. Ch. Hieronymus: De promissione per vim
extorta.

3. Hartung, Jahn Christoph: De partu legitimo: septimestri
et undecimestri.

4^o Hartung, J. Christophorus: De actu jure non impro-
bato. 2 Exempl. 1690 & 1724.

5^o Hartung, Jh. Christoph: De delatoribus. . . .
2 Exempl. 1690 & 1725.

6^o Hartung, Jahn Christoph: De formula an Sydes-
tall. 2 Exempl. 1690 & 1753.

7. Lyncker, Nic. Christophorus, Fac. jur. Decanus: Ad commen-
tationem solennem Johannis Christophori Thillii invitat.

8^o Lynckerus, Nic. Christoph: De eo, quod circa Sacram Coenam
justum est. 2 Exempl. 1690 & 1734.

1690.

9^a et. Lyncker, Nic. Christoph: De potentatu 2 Exempl. 1690

1737.

10^a ~~et~~ Lyncker, Nic. Christoph: ^{de} De partu suppresso

10^a Lyncker, Nic. Christoph: De cautione fructuaria

11. Lynckerus, Nic. Christophorus: De affectione

12. Mühlport, Christophorus Wertherus: De praerogativa

cautionis

13^a et Mühlport, Christoph Wertherus: De investitura

procuratorii fundali circa bona ecclesiastica. 2 Exempl.

1690: 1737.

14. Mühlport, Christophorus Wertherus: De modo procedendi
in causis criminalibus, occasione l. 19 C. de accusat.

et. inscript.

15^a et Müllerus, Petrus: De minuta vulgo in Punctatione

2 Exempl. 1690: 1712.

16. Müllerus, Petrus: De iusta aetate.

1690.

17 Müllerus, Petrus: De eo, quod iustum est coram cap-
livorum redemptionem

18 Müllerus, Petrus: De arte notariatus.

19 a 26 Müllerus, Petrus: De homicidio a pluribus commisso...

2 Exempl. 1690: 1744.

20 a 26 Müllerus, Petrus: De aestimatione iudicis.

2 Exempl. 1690: 1712.

16.

9a. 2

10. ~~2~~
2

10. =

11. 4

12. 4

13. ~~2~~
2
=

14. 2

15. 2
2
=

16. 0

1690, 11 17
Q. D. B. V.
DISSERTATIO IURIDICA 18.
DE

AFFECTIONE

Q V A M

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. IOH. VVILHELMO
DVCE SAX. IVL. CLIV. AC MONT.
VT ET ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ,
ETC. ETC.

P R Æ S I D E

DN. NIC. CHRISTOPHORO
LYNCKERO, Icto,
SERENISSIMI DVCIS SAXO - VINARIENSIS
CONSILIARIO INTIMO,

VT ET

REGIMINIS, ET CONSISTORII TVTELARIS IENENSIS,
FACVLTATIS IVRID. SENIORE, CVR. PROVINC. AC SCABIN.
ASSESSORE ET ANTECESSORE
PRIMARIO,

DN. PATRONO AC PRÆCEPTORE SVO
OMNI OBSERVANTIÆ CVLTV DEVENERANDO,
IN FLORENTISSIMA SALANA
PVBLICAE ERVDITORVM DISQVISIONI

S V B I I C I T

AD DIEM XXIX. MAII AN. ÆR. CHRIST. M DC XC.

A V T O R

IOHANN. ALEXAND. SCHEGK,
ROTHENBURGO - FRANCVS.

IENÆ, LITTERIS IO. ZACHAR. NISI.



DISSECTATIO JURIDICA 18.

AFFECTIO

RECTORI MAGNIFICENTISSIMO
SERENISSIMO PRINCIPIS AC DOMINI

DM. JOH. WILHELMO

DUCE SAX. IVL. CLIV. AC MONT.

VT ET ANGARIA ET WESTPHALIA

P. R. S. I. D. E.

DM. NIC. CHRISTOPHORO

LYNCKERO, IUSTO

SERENISSIMI DUCIS SAXO-VIRARIENSIS

CONSILIARIO IUSTO

REGIMINIS ET CONSISTORII IVTLIARIS IENENSIS

FACULTATIS IVRID. SENIORI CUR. PROVIN. AC SCABIN.

ASSESSORI ET ANTISSORI

PRIMARIO

DM. PATRICO AC PRÆCEPTORE SVO

OMNI OBSERVANTIA CUR. DEVERENDO

IN FLORENTISSIMA SALANA

PRAECIPUE APTIUM DISPOSITIONI

AD DIEM XXIX. MAII AN. D. M. CHRISTI M. DC. LXX.

IOHANNI ALEXAND. SCHEGG

ROTHENBERGO-FRANCOV.

IENÆ, LITÆRÆ SÆCULÆ





CAP. I.
DE
AFFECTIONIS DEFINITIONE
TVM NOMINALI,
TVM REALI, ET DIVISIONE.

§. 1.



Inscribitur Dissertatio hæc de Affectione, cujus tractationem auspiciabor à definitione; Cum definitio omnium sit principium *Arist.* 2. *Analyt.* 13. magnumque momentum ad ea, quæ sequuntur, asserat. *Idem* 1. *Ethic.* 7. in fin. Est verò Definitio alia Nominalis, alia Realis,

videatur, post alios, *Fibig. de process. c. 1. Franzk. in resolutione l. Gal- lus. ff. de lib. & posth. disp. 1. m. 1.*

§. 2. Definitionem itaque Nominalem ordimur ab E- tymologia, cujus licet non magna *Trentl. V. 1. D. 1. th. 9. lit. a. Rittersh. ad Novell. p. 9. c. 11. n. 1. in fin. add. l. 3. §. 9. de adim. vel transf. leg. & gl. in rubr. ff. solut. matrim.* aliqua tamen habenda est ratio, monente ita *Ulpiano in l. 1. de I. & I.* Ambigere autem nemo potest, esse vocem hanc nomen verbale, derivatum à verbo Afficio, quod est ab Ad, & Facio.

§. 3. Accipitur Affectio ratione Homonymiæ, vel in sensu Philosophico, pro eo, quod ex subjecti natura fluit, & cum eo reciprocatur, in quo significato iterum plura repe- riuntur Affectuum genera *conf. Bechmann, Log. L. 4. c. 4. §. 9.* Vel in sensu Juridico, quo rursus sumitur vel in malam par- tem, quatenus denotat Affectationem, quâ nihil odiosius est. *Quintil. l. 1. c. 11.* Sic dicimus Judicem, ut ita loquar, passiona- tum

tum judicasse ex affectione, cum tamen hic gratia vel pretio depravatus nominetur in *l. f. C. de poen. Ind. qui mal. jud.* Vel accipitur in bonam partem, prout idem est, ac licita quaedam propensio, vel animi inclinatio in rem aliquam; Cujusmodi est naturalis illa Parentibus insita *σοφία*, vi cuius non tantum de necessariis, sed etiam de his, quæ ad vitam suavius, honestiusque transigendum pertinent, liberis suis prospiciunt *arg. l. 7. de bon. damn. Grot. de l. B. & P. l. 2. c. 2. §. 5.*

§. 4. Synonyma Affectionis statui possunt Dilectio & Amor *conf. Mascard. de prob. V. 2. concl. 518. circa fin.* quæ tamen uti strictè loquendo, à se distant (cum illa bonum appetitui sensitivo placens, hic verò bonum voluntati conveniens pro objectis habeant *Itter. synopsis. Philos. Moral. l. 2. c. 2. §. 3.*) ita etiam accuratè distinguuntur ab Affectione, quæ bonum appetit non tam propter se, sed propter alterum *Arist. 8. Ethic. 2. quod secus est in dilectione, & amore Hornej. Philos. Moral. l. 2. c. 6. §. 11.* Synonymis etiam licitè accenseri potest favor. Cum ei, quem Affectione prosequor, faveam, & vice versa; Vnde Cicero quoque in *Epist. ad Brut.* hac voce non in absimili significato usus est, quando scripsit: *Eum amorem & eum, ut hac voce utar, favorem, in consilium advocabo.* Dicitur etiam Affectio quandoque Affectus ut in *l. ult. C. de Curat. fur.* quæ duo tamen differunt ut causa, vel potius causalitas, & effectus; Quâ ratione etiam differt pactio à pacto, emptio ab empto, &c. quæ tamen differentia in jure haud rarò negligitur *vid. Eckolt. tit. de pact. §. 2. in fin.*

§. 5. Definitionem Nominalem excipit Realis. Describi itaque potest Affectio quod sit benevolus erga rem aliquam instinctus, cum impetu, quantum in se est, malum ab ea avertendi, & bonum in illam introducendi, conjunctus. Sumitur verò in descriptione hac vocabulum Rei, prout Synonymum vulgò statuitur Entis, & nec personæ, nec actioni contradistinguitur, uti aliàs fieri assolet in *§. fin. I. de I. N. G. & C.*

§. 6. Postquam autem in investiganda definitione. Divisio non exiguam habet utilitatem *Bechm. Log. l. 4. c. 8. §. 1.*
Hinc

§ (5) 28

Hinc eandem brevissimè hic subnectam. Desumitur verò Divisio Affectionis vel à Causa Efficiente, vel ab Objecto, vel à circumstantia Temporis, vel à Fine, vel à Gradu. Ratione Caus. Effic. distinguitur Affectio in Affectioem Legis, & Hominis, prout scilicet immediatè vel à Lege, vel Homine proficiscitur. Ab Objecto dicitur alia Rei, ut quando Affectio in prædiis fundisque justa pronunciat, præcipuè si prædium Majorum nostrorum fuerit. *Trid. Pruchmann. §. soluta potestas n. 1. c. 5. n. 25. Klock. v. 3. c. 51. n. 29.* Alia Personæ, quæ cadit non nisi in notos; Affectio namque singularis non potest argui erga eum, quem quis de facie non novit. *Klock. v. 3. c. 182. n. 576. Carpz. p. 3. c. 8. d. 7. n. 7.* Temporis intuitu dividitur Affectio in præsentem, & cessantem, qualis est in extraneis *Carpz. d. p. 3. c. 9. d. 16. n. 19.* A Fine distinguitur in justam; Cujusmodi Affectio ardor operatur in testamentis clausulam codicillarem. *Richt. dec. 63. n. 15.* Et perversam, quæ etiam dicitur immoderata. *Carpz. p. 2. c. 30. d. 2. n. 3.* Ultimò dispescitur ratione Gradus in remissioem, & intentioem, qualis est Affectio Paterna, quæ omnem aliam vincere dicitur in *l. f. C. de Curator. furios. l. humanitatis. C. de imp. & al. subst. Alciat. de præsumpt. reg. 1. præf. 1. n. 14. Marpurg. v. 1. conf. 26. n. 259.*

§. 7. Harum itaque specierum exempla occurrunt passim, tum circa Jus Personarum, tum circa Jus Rerum, tum denique circa ipsum procedendi in judicio modum. De quibus, quantum temporis & instituti ratio permittet, in sequentibus quatuor capitibus tractaturus sum.

Sit itaque Bono cum Deo

C A P. II.

DE

AFFECTIONE CIRCA JVS
PERSONARVM.

§. 1.

Homines distinguuntur vel à Natura, vel à Jure; Natura
homines dispescit vel ratione sexus, vel adjunctæ qua-
litatis,

A 3

litatis, vel ætatis. Intuitu Sexus homo est vel simplicis, vel mixti Sexus. Ille est vel Mas, vel Fœmina. Hic dicitur Hermaphroditus. De singulis nunc ordine.

§. 2. Et quidem quoad Masculos in genere est notandum, quòd, sicut ipsâ naturâ favente perfectiores *Arist. 1. Pol. 5.* ita & lege disponente melioris existant conditionis *v. l. 9. de stat. hom.* majorisque dignitatis, quàm fœminæ. Quod utrumque ex inductione facillè patebit. Sic melior, majorique affectione & favore legali munita conditio masculorum elucet in officiis publicis & civilibus subeundis, quorum uti fœminas incapaces judicat *l. 2. ff. de R. J.* partim ob pudicitiam sexui muliebri convenientem *l. 1. §. 5. de postul.* quæ, cum naturæ conditione, fœminas cohibere debet, ut in foro, & judiciis taceant *Val. Max. c. 3. l. 8.* partim ob infirmum & fragile, multisque captionibus expositum judicium fœmininum *l. f. C. de recept. arbitr.* Ita mares argumento ducto à sensu contrario, dignos profitetur ejusmodi functionibus. *add. l. f. de tut. l. 18. C. de procur. l. 12. §. 2. de Judic. l. 13. de vacat. mun. l. 78. de Judic. l. 3. §. 3. de muner. l. 18. de V. S.* Quod verò de fœminis dixi, subaudiendum saltim est de regula, quæ juxta *Bronchorst. ad d. l. 2. de R. J.* triplicem admittit exceptionem 1. si contrarium consuetudine receptum sit *c. delicti X. de Arbitr.* Nam quod Jure positivo introductum est, illud Jure contrario iterum abrogari, vel limitari potest *§. p. I. de l. N. G. & C. l. 28. de LL. l. f. de const. Princ. 2.* si id mulieri Jure hereditario competat *Dec. ad d. l. 2.* cujus exempla habemus in Regnis Angliæ, Scotiæ, Lusitaniæ, Hispaniæ &c. quibus etiam præficiuntur fœminæ. Vel 3. ex singulari à Principe concessio privilegio, ut in *cap. 4. Jud.* Favor porro Masculorum clarus est in interponenda Auctoritate *v. l. f. de fid. instr.* Vnde, sicubi statutum quoddam in contractu mulieris, requirat consensum affinis, mulieri, etiam si affinis, non potest consentire alteri mulieri contrahenti. Cùm consilium & auctoritas propriè sit virorum, prout nos edocet *Bald. v. Calvin. in Lex. Jurid. voc. Masculinum.* Sic quoque DD. exclusas volunt fœminas ab auctoritate legislatoria, sive lex feratur scripta *l. 1. de LL. sive in-*

introducatur non scripta seu consuetudo, quam usus mulierum inducere nequit *Bart. ad d. l. 1. Calvin. cit. loc. &*, quos ibi citat, plures; Quia lex & consuetudo æquipollent *l. 32. de LL. Masculorum* porrò favor elucet in successione de Jure antiquo tam allodiali *vid. §. 13. l. de Her. que ab int. def. l. 4. C. de leg. ber.* quod tamen postmodum mutatum, per *N. 18. c. 4. & N. 218. c. 1.* quàm feudali *l. F. 8. §. 2.* quod adeò verum, ut successio fœminina, tanquam contraria naturæ feudi, impropriet feudum. *v. Dn. Stryck. in Exam. l. F. c. 3. q. 5. & c. 4. q. 4.* Plures prærogativas in favorem sexûs masculini introductas videre quis poterit apud *Specul. in tit. de Procur. ubi 37.* congescit. Majoris item Masculos, quàm fœminas esse dignitatis, liquet ex *l. 1. l. 8. de Senat. l. 11. C. de dignit.*

§. 3. Ut verò Fœminæ ab ipsa natura imbecilliores productæ *l. un. §. 13. C. de R. V. A. l. 4. C. de Sponsal.* inque dictis modò, aliisque, quos *cit. Specul. d. l.* congescit, passibus deterioris à Lege judicatæ sint conditionis. Ex commiserationis tamè ratione, & studio succurrendi læsis propter imbecillitatem judicii *l. 1. ff. de min. l. 2. §. 2. qui pet. tut. & fragilitatem sexus l. 2. §. 2. ad Sctm Vellej.* nec non ob periculum rei familiaris *l. 1. §. 1. d. t. l. 4. in f. C. de Spons.* in multis articulis majoribus gaudent privilegiis, quàm ipsi mares; Prout hoc certum fit ex materia intercessionis, dotis, licita ignorantia Juris *l. f. C. de Jur. & fact. ign.* atque hinc promanante mitigatione pœnæ, si delictum sit commissum Jure Civ. prohibitum, quodque ita comparatum, ut ignorantia Juris excusari possit. *l. 38. §. 2. & 7. ad L. 7. de adult. arg. l. 9. de J. & F. J. l. 6. pr. ad L. 7. pecul. secus est, si delictum sit Jure Gent. vel Nat. prohibitum Eckelt. ad tit. de stat. hom. §. 5.*

§. 4. Homo sexus mixti dicitur Hermaphroditus seu Androgynus; Hic vel sexui prævalenti (quomodo de hoc constare possit, docet *Hier. Gigas in tr. de crim. læs. Maj. l. 3. q. 16. sect. 15.*) vel, si neuter prævaleat, semel electo adjudicatur *Sanchez de Matrim. l. 7. d. 106. n. 2. Ob. Carpz. 2. def. 16. n. 10.* Unde etiam privilegiis & juribus alterutri sexui concessis fruuntur. *arg. l. 10. de stat. hom. l. 15. de test. l. 6. in f. de lib. & posth. her. inst.*

§. 5. Ratione adjunctæ qualitatis homo dividitur à Natura in Natum & Nasciturum seu Ventrem *t. t. de ventr. in poss. mitt. l. 9. §. 1. ad L. Falc.* quem maximo leges favore & affectione prosequuntur in eo, quòd in rebus humanis eundem fingunt, quoties de ipsius commodo quæritur *l. 7. l. p. de stat. hom. §. p. I. de tut. l. 231. de V. S. l. 153. eod. l. 30. §. 1. de acq. vel om. her. modò nascatur postea 1. vivus d. l. 30. §. 1. 2. perfectè l. 3. C. de libb. & posth non. 3. prodigiosus l. 14. de stat. hom. l. 38. de V. S. Vivere autem intelligitur saltem respectu sui ipsius, non tertii, nisi per consequentiam vid. Schüz. in comp. Lauterb. tit. de stat. hom. in f.*

§. 6. Ratione Ætatis homo est vel minoris, vel majoris ætatis; Illa est vel prima, vel secunda. Primæ ætatis homo dicitur, qui pubertatem nondum adimplevit. Secundæ verò, qui annum 25. nondum seposuit, & vocatur in specie minor. Uterque suis gaudet favoribus; Et quidem ratione Pupilli favorabiliter introductum est, ut, ne ob facilitatem suam, & immaturitatem judicii damnum incurrat, in negotio, in quo præsens est, pro absente habeatur. Facienda tamen est distinctio inter pupillum, qui adhuc est infans, & eum, qui infantia est major, ille pro absente habetur, licet tutorem habeat per *l. 5. de R. J. l. 9. de acq. her.* hic autem, sive sit infantia, sive pubertati proximus arg. *§. 9. J. de inut. stip. ibique Giph. l. 1. §. 13. de O. & A. si non habeat tutorem. l. 10. ex quib. caus. in poss. eat. Vant. de nullit. ex defect. mandat. n. 14.* Favor quoque hujus ætatis causam præbet mitigandi pœnas, sicubi in hac ætate deliquerint; Et quidem infans, seu septennio minor est extra omnem pœnam non modò ordinariam, sed & arbitrariam *l. 1. §. 33. l. 14. ad Sctm. Silan.* Nam cum in hos non cadat dolus, *d. §. 9. J. de inut. stip.* qui tamen est forma generica omnium delictorum, neque propriè committere poterunt delictum; Ergò nec merebuntur pœnam. Hoc ipso tamen privata castigatio Parentum &c. non tollitur. Idem judicium ferendum quoq; est de infantia proximis *dd. ll. Carpz. p. 2. q. 82. n. 4.* Pubertati autem proximus pœnam arbitrariam luit per *art. O. Crim. 164.* Et pro generali tandem regula tenendum; Quòd omnis favor, omneque privilegium

gium pro minore introductum concessum q. sit pupillo. Quæ tamen regula non est reciproca, prout demonstrat *Trentl. V. 1. D. 9. th. 4. lit. 6. ibique Bach.*

§. 7. Secunda ætas sive pubertas est vel minus plena, vel plena; Illa definitur in masculis anno 14. to in foeminis anno 12. mo completo pr. l. quib. mod. tut. fin. In criminalibus verò non attentâ differentiâ sexûs post annum 14. puberes esse incipiunt per *art. O. Crim. 164.* Idque propterea, ne in odium foeminarum detorqueatur, quod in illarum favorem introductum est, contra regulam *l. 6. C. de LL.* Consistit autem favor hic in eo, quòd 1. citius liberentur à tutela pr. *J. quib. mod. tut. fin.* & 2. maturius testentur, sibi que de successore prospiciant. *l. 5. qui testam. fac. poss.* nec non 3. citius admittantur ad matrimonium pr. *J. de nupt.* Favor autem hic mutaretur in odium, si eadem pubertas in criminalibus q. attendi debeat, ad effectum irrogandæ pœnæ ordinariæ. Ne itaque hoc fieri necessum sit, foeminæ etiam post completum annum 12. mum usque ad 14. reputantur hic impuberes, ac proinde non ordinariâ, sed extraordinariâ afficiuntur pœnâ *arg. d. art. 164.* Non tamen hic favor post completam ita Pubertatem ulterius extenditur, cum post eam ordinaria mortis pœna obtineat. *Carpz. p. 2. q. 82. n. 24. seqq.* Quia 1. d. art. à pœna ordinaria excludit non nisi impuberes. Ergo exceptio hæc in casibus non exceptis firmabit regulam. Quia 2. d. art. pœnam ordinariam extendit quoque ad impuberes, in casu magni & qualificati furti. Ergò multò magis ad puberes. Quia denique 3. jura delinquentibus non succurrunt, *arg. l. 37. §. 1. de minor.*

§. 8. Plena pubertas seu pubertatis maturitas *Locam. ad §. 4. I. de adopt.* initium capit completis in mare 18. in foemina 14. annis: Definitio hujus pubertatis extensæ favorabilis est in legato alimentorum per *l. 14. d. alim. leg.* Cæterum puberes, sive plenè, sive minus plenè tales, suis donati sunt privilegiis; Inter quæ est, quòd minores curatorem habentes non obligentur absque hujus consensu, ne quidem naturaliter; Cum duo obligationis cujuscunque sint principia, quorum alterum est voluntas, alterum facultas sese obligandi. Quod

posterior pupillo deest arg. §. 1. I. de auct. & conf. tut. l. 41. de cond. ind. l. 59. de O. & A. Hujus tamen regulæ exceptiones vid. apud Schurz in Comp. Lauterb. tit. de pact. in Subj. Nititur autem ratio prohibitionis hoc favore, ne minores ob facilitatem suam labantur damnumque incurrant. Eadem ratio militat, quo minus idoneè fidejubeant, cujus intuitu, si de facto fidē suam pro alio interposuerint, gaudent beneficio restitutionis in integrum l. 48. §. 1. tit. l. 8. §. 1, qui satisd. cog. quæ tamen sententia quæ or limitatur modis à Franzk. de fidej. c. 3. n. 136. & seq. Hoc porrò favorabile est quoad minores, quòd ipsis currat tempus minorennitatis, usque ad complementum anni 25. naturaliter, seu de momento in momentum, ad hunc effectum, ut si ultimâ forsan anni 25. horâ læsus fuerit minor, salvum adhuc ipsi sit restitutionis remedium l. 3. §. 3. d. minor. Alius favor conspicitur in præscribendis rebus minorum, quòd longissimum tempus 30. scil. annos requirant l. f. C. in quib. caus. in int. rest. nec non est.

§. 9. Majoris ætatis homo dicitur, qui de jure communi 25. de jure a. Sax. 21. complevit annos. Hujus dispositionis singularis rationem exhibet Carpz. p. 2. c. 11. d. 9. ubi dicit, Saxones propterea citius fieri majores, quòd maturiùs quoque sapiant. Quæ ratio suspecta sit, nec ne? aliis dijudicandum relinquo. Est verò & hæc ætas suis suffulta privilegiis; Sic major, cæteris paribus aliis præfertur in juribus præminentiz Reink. de Reg. Sec. & Eccl. l. 1. cl. 4. c. 14. n. 36.

§. 10. Major ætas est vel juvenilis, vel senilis, quæ ultima etiam magno digna æstimatur favore, dum præsumptio hanc ætatem comitatur, quod prudentiores sint, magisque virtuosi senes, quàm juvenes arg. l. 5. §. 6. ubi gl. commod. N 5. c. 3. cap. cum in juventute ubi gl. X. de præsumpt. Menoch. 6. præsumpt. 46. & 47. Quæ adeò fortis est, ut contrarium non nisi per XV. testes probari possit, l. 7. C. de proxim. sacr. scriin. Mascard. de probat. concl. 1302. n. 2. 3. Plura privilegia hujus ætatis videsis apud Traq. tr. de primogenit. ubi 45. congescit.

§. 11. A Jure dividitur homo in Civem Romanum, & Servum. Ille est, qui in Imperio Romano caput civile, quod con-

consistit in libertate, civitate & familia, habet, *Kleinschmid. praecogn. jurispr. tr. 3. sect. 2. n. 18.* Libertas v. §. 1. l. de jure pers. inæstimabilis dicitur in l. 106. & 176. §. 1. de R. J. nullaque pecuniâ reparabilis l. 9. §. 2. in f. de stat. lib. Vnde etiam multa favore & affectione libertatis introducta esse apparet ex §. ult. J. de donat. §. 3. & 6. J. quib. ex caus. manum. non lic. t. t. J. de L. Fus. Can. toll. §. f. J. de adopt. l. 24. §. 10. de fideic. libert. l. 122. de R. J. §. 1. J. de eo cui lib. caus. bon. add. l. 3. §. 1. de al. jud. mat. caus. fact. l. 3. in f. de his, que in test. del. & passim.

§. 12. Ratione Libertatis homo vel ingenuus est, vel libertinus; Ille dicitur, qui statim, ut natus est, liber est *pr. J. de ingen.* In hujus favorem introductum est, ut sufficiat matrem aliquo saltem temporis momento, quo gestavit uterum, fuisse liberam, sive ingenuam, sive libertinam *pr. J. de ingen. l. 7. l. p. de Stat. hom.* Nec ob eandem affectionem libertatis ingenuitati officit, si aliquis injustè in servitutem detrusus postmodum fuerit manumissus §. 1. d. t.

§. 13. Alia à jure desumpta divisio personarum est, quod sint vel sui, vel alieni juris *tit. J. & ff. de his, qui sunt sui vel al. jur.* Hi rursus vel in dominorum, vel parentum existunt potestate *pr. §. d. t.* In potestate dominica sunt Servi, qui parum habent favoris, si excipias limitationem infinitæ olim potestatis Dominis in servos concessæ *l. 1. §. 2. ad L. Corn. de sic. §. f. J. de his, qui sui vel al. jur. sunt.* Quantum autem favori servorum detrahitur, tantum ex adverso accedit Dominis, eorumque potestati, tum quoad coercionem, tum quoad acquisitionem; De qua utraque videri potest *Eckolt. h. t. §. 2. & seqq.* Cum verò exigua hodie potestatis hujus sit utilitas, sublatâ quippe inter Christianos servitute, antiquitatis cupidum Lectorem remitto ad DD. commendantes *tit. J. & ff. de his qui sunt, sui vel al. jur. tit. J. ff. ac C. quod cum eo qui in al. pot. est. tit. C. de emend. serv. tit. ff. & C. de oper. serv. tit. C. de agric. & cens. usque ad fin. Libr. II. tit. ff. & C. de jur. aur. ann. & c.* Quia autem pluribus in locis habentur homines proprii, de potestate Dominis in hos competente nonnihil adjungam. Respicit vero hæc potestas vel officia, vel bona priorum hominum. Officia spectantur

1. in exhibitione operarum earundem, quas præstat libertus patrono. 2. in juramenti fidelitatis & obedientiæ præstatione. 3. in collatione subsidii extraordinarii ad dotandam filiam Domini, vulgo: zur Fräuleins-Steuer. 4. in alimentatione Domini egeni. 5. in exsolutione annui. 6. in extraordinaria constitutione ob irruentem necessitatem. Jus Dominis quoad bona competens, est successio Domini in omnia bona coloni proprii, si hic sine liberis decedat, vel certam bonorum partem, si liberis relictis emoriatur. Quae de re plura quis legere potest apud *Husan. tr. de prop. bon.*

§. 14. In potestate Parentum sunt liberi ex justis procreati nuptiis *pr. f. h. t.* Potestatis hujus favorabiles effectus conspiciere licet ob concessum jus tum in corpus, tum bona liberorum. Ex quo utroque 60. & quod excurrit, favores promanarunt, quos exhibet *Joh. Althus. Dicoeologic. l. 1. c. 30. n. 3. seqq.* Constituitur autem Patria potestas 1. per procreationem ex justis nuptiis. 2. legitimationem & 3. adoptionem.

§. 15. In Nuptiis favorabile est, quod ratihabitio superveniens nuptias ab initio nullas retrò justas efficiat, & liberi ante ratihabitionem patris nati, eâ postmodum subsequente, censentur justis ac legitimi, idque tum ob generalitatem *l. ult. in pr. ad Scdm. Maced. c. 10. de R. f. in 6.* ubi dicitur ratihabitionem mandato comparari, & retrorahi ad initium negotii; A qua regula cum nullibi matrimonium reperiatur exceptum, meritò insistimus regulæ; tum, quia quilibet favori pro se introducto potest renunciare *l. 51. C. de episc. & cler.* Ergò etiam pater, imprimis cum jam ipse legi satisfecerit, qua propterea hanc potestatem (quod filius sine consensu patris nuptias contrahere nequeat *l. 25. de rit. nupt.*) Patri concessit, ut alliceret cives Rom. ad matrimonia contrahenda *Ant. Fab. in Jurispr. Pap. tit. de Patr. Pot. 9. princ. 1.* tum denique quia in odiosis semper sequi debemus mitiorem sententiam per *c. 15. de R. f. in 6. Sichard. ad l. 5. n. 2. C. de nupt. Costan. in comm. de matrim. tit. de rit. nupt. n. 31. add. l. 5. C. de nupt. l. 68. ff. de rit. nupt.* Favorabiliores adhuc Interpretes pro matrimonio sunt illi, qui in casu, ubi liberi insciis, imò invitis & reluctantibus Parentibus nuptias contrahunt, si

copula carnalis interveniat, rescindi ejusmodi matrimonium non patiuntur. Fundant verò hanc suam sententiam 1. in eo, quod sæpè, quæ fieri non debent, si tamen facta sint, non rescindantur, *l. 1. §. 5. quand. app. sit.* & multa impediunt matrimonium contrahendum, quæ tamen idem contractum non resolvant *l. 8. ibique gl. de his, qui sui vel al. jur. sunt.* 2. quod & injustum matrimonium sit ratum, licet non legitimum per *c. f. C. 28. q. 1. l. 13. §. 1. ad L. Jul. de adult.* 3. quia Parentes non tam præfractè potestate suâ abuti debent, ut cum manifesta mulieris vitiatæ injuria introducant separationem gravem, sibi que nihil profuturam, utpote quæ Parentibus jus suum semel violatum restituere nequit, imò occasionem gravioribus peccatis præbet. 4. denique, ut majus evitetur scandalum, & ne liberi pro spuris proclamantur. *vid. citatos apud Kitzel. Synops. matrim. c. 4. theorem. 5. lit. d.*

§. 16. Circa Legitimationem per subsequens matrimonium insignis conspicitur favor in eo, quod mortuo licet filio ante matrimonium avi, nepotes ex eo legitimentur per matrimonium avi postea insecutum *arg. §. 5. J. de adopt. & l. 5. de grad.* & quia nepotes in prædefunctorum suorum Parentum locum succedunt, eorumque juribus fruuntur *§. 2. J. de her. qual. & diff. §. 6. J. de her. que ab int. def.* Quemadmodum igitur illi, si adhuc superstites essent, legitimarentur per subsequens matrimonium patris sui, ita & hi legitimi fiunt avo nepotes. Cùm imprimis legitimatio hæc retrahatur ad tempus illud, quo quis cum concubina consuetudinem habuit; Hinc si jam tempore nativitatis præmortui hujus filii substitisset (ut in legitimatione hac fingitur) matrimonium, dubio procul filius ille legitima patris sui fuisset proles, hujusque filius legitimus avi nepos.

§. 17. In Arrogatione quoque maximus præfulget favor, quod impubes arrogatus, & sine justa causa emancipatus quartam, non tantùm portionis ab intestato debitæ, sed omnium bonorum patris adoptivi consequatur per *l. f. si quid in fraud. patr. fact. l. 2. C. de adopt. l. 22. §. 1. d. t. §. 3. J. eod.*

§. 18. Hucusque de personis alieno juri subjectis, sequuntur

tur jam personæ sui juris, qui vel in tutela vel cura sunt, vel neutro jure tenentur. Cum vero de iis supra jam non nihil dictum & infra quoque dicetur, prætermisissis his pergo ad Jus Rerum.

C A P. III.

DE

AFFECTIONE CIRCA JVS

IN RE.

§. I.

Jus Rerum, definitore *Schuz. in Comp. Lauterb. tit. de R. D.* est imoralis facultas jure quæsitæ circa res justè aliquid agendi vel habendi. Estque vel in re, vel ad rem; Illud dicitur, quod in ipsam rem devinctam competit, & actionem realem producit *arg. l. 2. de pollic. l. 6. de bon. auct. jud. poss. l. 23. de R. V. & passim.* Ejus species sunt V. 1. Dominium *l. 2. §. 1. si serv. vind.* 2. Jus Hereditarium *l. 5. §. 5. de his, qui effud.* 3. Servitus *l. 30. de nox. act.* 4. Pignus *d. l. 30. l. 19. de damn. inf. l. 17. de pign.* 5. Possessio *l. 1. §. f. l. 2. uti poss.* Juxta *Illustr. Dn. Struv. in Jurispr. l. 2. tit. 1. aph. 14. seqq.* tres constituentur species. Dominium sc. latius dictum, Jus Pignoris & Jus Possessionis. Dominium subdividitur in Dominium rerum universalium, quod est hereditatis, & rerum singularium, harumque ut corporalium, unde Dominium in specie sic dictum, vel incorporalium, hinc servitus. Quidam ex Neotericis unicum tantum statuunt Jus in re, nempe Dominium *vid. Jac. Ban. Lips. in Disp. inaug. de Jure in re Lipsiæ A. 1662. habitam.* Verum cum in Jure ut plurimum à reliquis Juris in re speciebus Dominium contradistinguat *v. l. 30. de nox. act. l. 13. §. 19. pr. de damn. inf. l. 2. §. 22. vi bon. rapt. l. 25. de V. S. & præterea divisio hæc quinque- vel trimembris tam à priori ex ipsa definitione Juris in re, quàm à posteriori per quinque actionum realium species probata sit, hunc Neotericorum sententiam relinquens, juxta V. Juris in re species, pro instituti ratione, unum alterumve favorem huc colligam.*

§. 2. Et quidem, quod attinet Dominium, multi favores obviam passim veniunt in modis acquirendi tam naturalibus,

bus, iisque vel originariis vel derivativis, quàm civilibus. Modus originarius naturalis seu Juris Gentium est Apprehensio rerum, quæ sunt nullius vel naturâ, vel tempore, vel factô; Res naturâ nullius sunt vel animatæ, vel inanimatæ. Animatæ acquiruntur mediante occupatione, & quidem in specie fera bestia venatione, quæ Jure Gent. omnibus concessa §. 12. *J. de R. D.* tractu temporis Principibus appropriata, ob causas, quas exhibet *Carpz. tr. crim. p. 2. q. 84. n. 11. seqq. & Wesenb. in tit. de acq. rer. dom.* ubi inter alias, imprimis urgent officia subditorum, tranquillitatem publicam, & conservationem generis ferarum. Arrogarunt autem Principes sibi hoc Jus vi imperii & superioritatis, non mediante præscriptione, vel occupatione, quod vult *Riemer. dec. 4. coroll. 1.* propterea notatus à *Strauch. Diff. 7. th. 3.* An vero subditi prohibitioni Principum moram non gerentes pœnâ mortis plecti possint? Exponit *Franzk. 4. q. 3.* qui negativam tuetur per rationes, quas ibi, & apud *Harprecht. ad §. 12. J. de R. D. n. 34. & seqq.* enarratas vide. Circa venationem Principibus ita, & quibus hi volunt singulariter concessum, favor sese exerit in eo, quod bestiam vulneratam etiam in alterius Domini territorium de moribus persequi liceat *Sächs. Landr. l. 2. art. 61.* denegata actione injuriarum olim concessâ *l. 13. §. f. de inj.*

§. 3. Res nullius inanimatæ acquiruntur Inventione, in qua utiliter in favorem Domini introductum, ut si quis rem quandam invenerit, nec se rem invenisse significaverit, furtum committat. *l. 43. §. 4. de furt. l. 44. de acq. rer. dom.* Idem favor operatur, ne ea, quæ levandæ navis causâ abjecta, vel per naufragium amissa aut ad inventorem aut Dominum territorii pertineant *auth. naufragia C. de furt. arg. l. 21. §. 1. de acq. rer. dom. O. Crim. art. 219. §. f. J. de R. D. l. 8. ad L. Rhodi de jact. p. 7. 8. 9.*

§. 4. Res alicujus sunt vel hostium vel nobiscum contractentium. Illæ acquiruntur mediante Occupatione Bellica, in qua magnus conspicitur favor tum respectu capientium, tum captorum. Et quidem illorum intuitu introductum est, ut militibus, ad quos regulariter non nisi ea, quæ in dimicatione, & liberis excursionibus capiuntur, spectant, quandoque omnis pro-

promittatur præda, ut eò reddantur alacriores. *Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 2. tit. 1. §. 28.* Ratione horum introductus est favor partim de Jure Romano, partim de Moribus; Ille accidit, quando captis reversis Jus postliminii, vel in captivitate demortuis Lex Cornelia subveniebat. Hic verò consistit in eo, quod capti inter Christianos non fiant servi, sed vel lytrò præstitò, vel institutâ mutuâ captorum permutatione fiat liberatio.

§. 5. Res nobiscum contrahentium acquiruntur nobis mediante traditione, ex voluntate prioris Domini, qui modus acquirendi dicitur derivativus. Transfertur hâc sive verâ sive fictâ dominium; Modo ex justa causa fiat. *l. 31. de acq. rer. dom. l. 26. de donat. l. 20. C. de pact.* Singulare tñ. jus statutum est in emptione venditione, quod scil. rei ex hac causa, aliàs ad transferendum dominium habili, traditæ dominium non transferatur in accipientem, nisi pretium sit solutum, vel alia ratione v. g. per pignoris dationem, vel fidejussorum constitutionem, venditori sit satisfactum, aut ipse aliàs fidem de pretio habuerit *§. 41. J. de R. D.* Idque in favorem tum venditoris, quippe cujus mens esse videtur, ut pro merce statim recipiat pretium *arg. l. 25. de probat.* tum ipsius Reip. quia nempe impedirentur commercia, in quibus tamen salus Reip. consistit *l. 44. de usurp. & usucap.* si non statim satisfaceret venditori, qui sæpissimè necessitate compulsus rem suam vendit, ut pretio postmodum utatur *Giphan. ad d. §. 41.*

§. 6. Alius acquirendi modus dicitur Accessio, quæ est naturalis, vel artificialis; Illuc spectat Fœtura *§. 19. J. de R. D.* quæ regula ampliatur, ut etiam procedat, licet animal dominio nostro subjectum, ab alterius animali fuerit imprægnatum *l. 5. §. 2. de R. V.* quia fœtus est veluti pars ventris *l. 1. §. 1. de ventr. inspic. l. 7. C. de R. V.* Cujus itaque est totum, illius etiam necessum est esse partem *l. 7. de except. rei jud.*

§. 7. Accessionis naturalis species quoque est Alluvio *§. 20. J. R. D.* Quemadmodum autem hoc auget fundum, cui quid ita adjicitur *d. §.* ita auget etiam usumfructum, si quis in eo sit constitutus *l. 9. §. 4. de usufr. vel utile dominium, quod quis*

quis in fundo illo habet *l. F. 4. §. 5. & 6. gl. in fin. l. 1. C. de Jure Emphyt.* Atque hujus intuitu favorabiliter adinventum, ne v. g. Vasallus vel Emphyteuta aucto licet fundo feudali vel emphyteuticario, plus oneris vel servitii ferre cogatur. *Phil. Cornuus l. 4. conf. 15. Molin. in consuetud. Paris. tit. 1. §. 1. gl. 5. n. 117.*

§. 8. Naturaliter porrò rei nostræ accedit per productionem Insulæ juxta distinctionem in §. 22. *J. de R. D.* propositam. Est verò insula vel fluminis vel maris. Circa hanc notandum, quòd, cum nullius sit *d. §. & l. 7. §. 3. de acq. rer. dom. occupantis fiat l. 30. §. f. eod. scil. quoad partem occupatam Donell. lib. 4. comm. de Jure Civ. c. 10. & quoad dominium. Jurisdictio namque & superioritas hujus insulæ spectat ad illum, qui imperium habet in mare, quod illi tribuitur, cujus provinciam mare alluit Besold. in Diss. de jure & div. rer. c. 1. n. 8. ibique citat.*

§. 9. Accessio artificialis contingit VII. modis, ut videre est §§. 25. 27. 29. 30. 31. 32. 33. & 34. *J. de R. D.* E quibus singulari nititur favore Inædificatio, quòd materiæ dominus constante ædificio, eam neque vindicare, neque ad exhibendum actione petere possit *d. §. 29. l. 7. §. 10. de acq. rer. dom.* Idque ob utilitatem publicam, ne scil. ædificia diruantur, & publicus urbis aspectus ruinis deformetur *d. §. 29. J. de tign. junct.* quæ ratio denegatæ rei vindicationis, vel actionis ad exhibendum extenditur quoque ad eum, qui malâ fide tignum junxit *d. l. 1. de tign. junct.*

§. 10. Artificialis quoque accessio dicitur illa, quæ fit per scripturam de qua in §. 33. *J. de R. D.* Est verò hic §. ex mente plurimorum DD. in favorem scripturæ hodiè abolutus. *vid. Accurs. Azon. Mynsing. Schneidew. aliosque.* Cùm æquitati adversari videatur, ut, si quis imprudens inæstimabilia sui ingenii sensa, & cogitationes chartæ alienæ inscripserit, illud quod scriptum, chartæ domino cedat. Vnde sufficere ajunt, si pretium chartæ, & si quid forsan ipsius intersit, domino persolvatur. *conf. Georg. Obrecht. in Diss. de domin. & mod. acq. natur. th. 307. & seqq.*

§. 11. Alius accedendi modus artificialis est Picturæ, cujus favor abundè satis liquet ex §. 34. *J. de R. D.* ubi ad se trahit pictura tabulam, tam ob singularem artem, quæ picturæ inest

ineft l. 14. de V. S. tum, quia pictura non est simplex tabulæ accessio, sed specificatio quædam formam tabulæ addens, ut non amplius tabula, sed imago esse videatur *Gædd. in d. l. 14. n. 12.* tum, quia aliàs etiam ob insignem artis præcellentis peritiam à communibus regulis recedi solet *arg. l. 31. de pæn.* Conciliationem hujus §. 34. cum l. 23. §. 3. de R. V. de qua multi desperant, vid. a pud *Harprecht ad d. §. n. 5.*

§. 12. Hucusque de modis acquirendi dominium naturalibus, sequuntur jam civiles, qui sunt vel universales vel singulares, inter quòs Usucapio & Donatio. De illa uti in genere liquet, quod introducta sit in favorem & utilitatem Reip. ne scil. dominia rerum diu maneant in incerto, sed ut potius consulatur securitati possessorum l. 1. h. t. & ut finis sit litium l. f. pro suo. Ita multa quoque specialia in ejus affectionem à LL. constituta leguntur: Sic bona fides, quæ ad legitimam usucapionem necessariò requiritur l. 10. & 27. h. t. in dubio hîc præsumitur etiam si quis absque titulo possideat *arg. l. 18. §. 1. & l. 21. de probat. vid. Harprecht. ad Inst. h. t. in pr. n. 65.* Hoc quoque singulariter contra regulam: Tantum præscriptum quantum possessum: receptum est, quod si quis uno tantum actu alicujus Jurisdictionis per tempus à lege definitum usus sit, totam illius Jurisdictionis speciem præscripserit; sic qui unicum meri Imperii gradum v. g. decollationem legitimo tempore exercuit, reliquos etiam gradus ad merum Imperium spectantes acquisivisse censerur *arg. l. 18. de S. P. R. l. 9. in f. si serv. vind. Paul. de Castro. Alberic. de Rosat. & Jason. n. 23. in l. 3. de Jurisd. Pistor. conf. 4. n. 42. vol. 1.* Sic porrò contra regulam communem: quæ res non possessibiles vel naturâ, ut sunt agri à flumine occupati vel lege, ut sunt liber homo, res sacræ, religiosæ, sanctæ, & publicæ l. 30. §. 1. de acq. vel am. poss. l. 9. h. t. præscriptioni eximuntur, concessum est, ut, si quis pluribus annis in certo fluminis publici diverticulo solus sit piscatus, & adhuc piscetur, alterum ab eodem jure prohibere, atque sic jus hoc contra illum præscribere possit. l. 7. de div. & temp. præscr. *Cujac. ad l. 45. h. t. Duaren. ibid. c. 3. Donell. l. 5. comm. de Jure Civ. c. 22.* Porro in usucapiendis rebus titulus regulariter, seu causa justa & vera requiritur §. 11. J. de usucap. In favorem tamen præscriptionis
fin-

singulariter exceptus est casus, ubi falsum titulum traditio est
 infecuta. Quamvis enim hoc casu non possim præscribere
 sub illo titulo, quo res mihi tradita, ille namque falsus est,
 possum tamen sub titulo pro suo, vel soluto usucapere. *l. 3. § 4.*
in f. pro suo l. 2. pro legat. l. 67. de jur. dot. l. p. h. t. Ejusdem etiam
 favoris est, quòd possessio defuncti continuetur quoque in
 persona heredis, ipsique ad implendam usucapionem profit.
 §. 12. *f. h. t.* Strictum aliàs jus possessionem defuncti prodesse
 heredi non patitur, propterea, quòd alia possessio sit defuncti,
 alia heredis, quippe cum possessio sit facti *l. 1. §. 1, § 4. de acq.*
vel am. poss. in heredem non transibit l. 23. § l. 30. §. 5. d. t. quia
 hic succedit non in facta defuncti, sed jus; Æquitati itaque ad-
 scribendum erit, quòd possessio defuncti computetur ad perfi-
 ciendam præscriptionem. *l. 14. pr. de div. § temp. præscr. add.*
l. 59. de R. J. Nov. 48.

§. 13. Alter modus civiliter acquirendi domini singularis
 est donatio, eaque vel mortis causâ, vel inter vivos; Vtramque
 sui comitantur favores; Illam quidem in eo, quòd ultimæ æ-
 quiparetur voluntati, atque legatis, quoad effectus sc. favora-
 biles, tum respectu legatarii, tum heredis §. 1. *f. de donat. l. f. C.*
de don. caus. mort. Illuc refertur, quòd dominium rei donatæ
 perinde ac in legatis, statim post mortem donatoris ipso jure
 absque rei traditione transferatur in donatarium *l. 80. de leg. 2.*
l. 1. in f. de publ. in rem act. Bocer. de donat. c. 5. n. 48. Hunn. l. 2. tr.
4. q. 4. variar. resol. Huc spectat Lex Falcidia, quæ æquè hîc,
 atque in legatis, locum habet *l. 5. l. 12. l. p. C. ad L. Falc. l. 2. C. de*
donat. caus. mort. Idem dicendum de interdicto Quod le-
 gatorum *Cujac. l. 10. O. c. 28. Bocer. cl. 2. disp. 19. th. 62.* Haud mi-
 norem sapit favorem, quòd filius. qui aliàs, ne quidem acce-
 dente consensu paterno, testamenti factionem habet, patre ta-
 men consentiente mortis causâ rectè donet *l. 15. §. 1. de mort.*
caus. don. l. 7. §. 4. de donat. ratio hujus expressa videtur in l. 3. qui
test. fac. poss. junct. l. 38. de pact. § l. 55. de leg. 1. Consensus tamen
 hic paternus non est tantæ efficacix, ut eo interveniente filius
 patri mortis causâ validè donet *gl. § Bart. in l. 1. de auct. § conf.*
tut. Imol. Roman. § Socin in l. 1. §. 13. ad Sctm. Trebell. Decius in l. 3. n.

§6. *quæ test. fac. poss.* Idque propterea cum primis, quia hic consensus patris requiritur non ratione præjudicii paterni, sed ad solennitatem actûs, & integrandam personam filii, quod tamen fieri non posse dicunt ad proprium commodum, cum auctoritas cuique in causa propria patrocinari nequeat *d. l. 1. de auct. & conf. tut.* Ne tamen eo ipso pater privetur hæc commodum donationis, Judicis auctoritatem supplere posse ajunt insufficientem patris consensum *arg. l. 25. C. de nupt.* Sic etiam deficiente ab initio consensu patris, si filius mortis causa donet, & pater postmodum moriatur ante filium, mors hæc patris, convalescere facit ex postfacto donationem ab initio invalidam *Bald. in l. 1. C. de SS. Eccles. n. 65. Berlich. concl. 1. p. 3. n. 26.* Idem favor operatur, ut mulier, quæ absque consensu legitimi curatoris juxta statutum loci contrahere non potest, mortis tamen causâ, etiam sine curatore, licitè donet *Ludov. Roman. Jason. & Ruin. ad l. 2. de leg. 1. Rauchb. p. 1. quest. Jur. Civ. & Sax. q. 32. & plures alii.*

§. 14. Altera donationis species est, quæ fit inter vivos; Hic multi occurrunt favores tum respectu donum tum conferentium, tum occipientium. Ratione illorum hoc singulare se offert, quòd Summus Princeps pater filios rectè donare possit, ut ostendit *Oldradus conf. 231. Aretin. in l. 79. de acq. vel omitt. hered. Gail. 2. O. 38. n. 16. Menoch. l. 3. præf. 29. n. 97.* Contra regulam aliàs communem, quâ pater filio suo simpliciter donare prohibetur *l. 11. & 17. C. h. t.* ratio prohibitionis se fundat partim in vinculo patriæ potestatis, & præsumptione unitatis *l. ult. in f. C. de impub. & aliis subst.* partim etiam quòd ejusmodi res donata accedat peculio profectitio, quod pleno jure pater acquirit sibi ipsi; Et hinc pater filiosam donare nequeat, neque per traditionem, cum id, quod jam antea patris fuit, ipsius amplius fieri nequeat, neque per promissionem, cum nemo sui debitor existere possit. *l. 1. si à par. quis manum. sit. l. 79. de acq. vel omitt. her. l. 56. §. 1. de fidej.* Patitur tamen hæc regula, præter ante dictam, aliàs quoque exceptiones, sic procedit donatio in casu, ubi pater donat ob causam v. g. studiorum, dotis, donationis propter nuptias &c. *vid. gl. & DD. in l. 2. C. de in offic. donat. Hiller. tr. de expens. studior. n. 43.* Similiter admittitur donatio re-

remuneratoria arg. l. 77. §. 25. de leg. 2. l. 13. pr. de leg. hered. l. 3. C. de secund. nupt. modò 1. bene merita non sint obsequialia, sed artificialia vel officialia 2. æquivalent rei donatæ, & 3. probentur per filium Menoch. l. 3. præf. 29. n. 21. Admittitur item donatio patris in usufructu peculii adventitii l. 6. §. 2. C. de bon. quæ liber. Gutierrez. de juram. confirmat. p. c. 4. n. 11. Ut & donatio simplex juramento patris confirmata, per communia DD. suffragia.

§. 15. Ratione donum recipientium favorabile est, quòd procedat donatio omnium bonorum tam præsentium, quàm futurorum per l. 35. §. 4. seqq. C. de donat. l. 3. C. de don. quæ sub mod. inde tamen hæc donatio alimentorum renunciationem non inducit, ut docent Decius in l. 8. de R. J. & Trentacinq. l. 1. resol. 2. de alim. n. 15. In donatione inter vivos exigitur insinuatione, in casu, si donum excedat 500. solidos i. e. ducatos Richter. p. 1. d. 26. n. 59. Carpz. 2. const. 12. def. 12. ad effectum subsistentiæ quoad excessum l. 21. §. 1. h. t. l. 34. pr. l. 35. §. 3. in f. C. eod. N. 162. c. 1. Hujus autem insinuationis necessitatem quadruplicem ob causam introductum esse communiter docent; nimirum 1. ut donans inter donationem & insinuationem possit deliberare, num sibi expediat donationem perficere, nec ne arg. N. 23. c. 1. 2. ut iteratio actus ostendat perseverantiam mentis ipsius donatoris l. 32. ubi gl. & DD. ad Sctm. Trebell. 3. ut tollatur omnis suspicio fraudis l. 37. C. de donat. & 4. denique ut occurratur falsis probationum modis. arg. l. f. C. de fidecommiss. Ab hac verò insinuationis necessitate exempta sunt in favorem donatariorum 1. donatio, quæ fit à privato Principi. N. 52. c. 2. & auth. item & à privatis C. h. t. Ex adverbo exempta quoque donatio à Principe facta l. 34. C. h. t. quia 1. coram Principe nihil occultè fieri potest, utpote, qui semper Proceres secum habet. arg. l. 19. C. de testam. 2. quia in Principe nulla fraus timeri potest. 3. quia Princeps legibus solutus l. 31. de LL. & tandem 4. quia liberalitas Principis nullis ejusmodi frenis coërceri debet. arg. l. p. C. de don. int. vir. & ux. Bocer. in comm. de donat. c. 3. n. 73. Idem etiam extensum volunt ad nostros Principes, Comites, Barones &c. vid. citatos apud Bocer. d. tr. n. 77. ob identitatem

tatem rationis, cum nim. eadem hi gaudeant in ditionibus suis potestate, quâ Imperator in Imperio. Excipitur 2. donatio à Magistris militum in milites facta l. 34. pr. ff. & l. 36. §. 1. C. h. r. Plures exceptiones vide apud *Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 2. tit. 10. aph. 19.* quibus adde, si plures sint factæ donationes, quæ non sigillatim, sed conjunctim sumptæ 500. solidos excedunt l. 34. §. 3. C. d. t. Alia autem est ratio si plures res, unâ tamen vice, donatæ sint, quæ superant quantitatem 500. solidorum; Hoc enim cum una sit donatio licet plures species donatæ opus est insinuatione, ut quis expresse protestetur, & dicet, tot esse donationes, quot res; Est enim hæc protestatio facta contraria, & præsumitur in fraudem legis interposita.

§. 16. Secunda species Juris in re dicitur Hereditas, seu jus hereditarium. Circa hoc observandum 1. ejus acquisitio 2. acquisiti Jus, & 3. Juris hujus persecutio. Acquirenda hereditas vid. *Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 2. tit. 15. aph. 5.* defertur modo vel ordinario, vel extraordinario s. per pacta. Ordinario modo iterum vel per ultimam voluntatem, vel per legem ab intestato. Vtrumque fit vel juxta Jus Civile vel Prætorium. Jure Civili defertur vel per testamentum vel per codicillos. Hanc vero speciem Juris in re (ob tantam in ea offensorum favorum infinitatem, ut integro tractatui vel unica hæc materia, in passibus tantummodo favorabilibus, abundè sufficeret) sicco transire cogor pede, ne magis peccasse videar, si lectorem in sufficienti enarratione planè distraham, quàm si eundem ad consummatos tractatus celeberrimorum Jctorum, ablegem; Videat itaque *Forster. de success. ab intestat. Mantica de conjectur. ultim. volunt. Tiraquell. tr. le mort saisi. le vif. Covarruv. de testam. Duaren. de jure accresc. Pekius de testam. conjug. Ludw. de ult. volunt. Reufner. de testam. Barry de success. test. & intest. Vazquez de testam. Richter. de testam. Vasquium de success. creat. Guttich. tr. de confratern. Dauth. de testam. Kellenbenz. tr. de renunciat. success. Aliosque.*

§. 17. Pergimus itaque ad tertiam speciem Juris in re, quam diximus suprâ esse Servitutum; Hæc, utut in se spectata perinde, ac servitus personarum, odiosa sit, quippe quæ contra libertatem, prædiis aliàs naturalem, inducta est arg. l. 8. C. de

de serv. & aqua. Nihilominus tamen in hoc favorem sapere vi-
dere, quòd in prædio pluribus communi ab uno constitui pos-
sit servitus, si cæteri sciant, nec expressè contradicant per l. 28.
comm. div. Cùm ille, qui est præsens actui in ipsius præjudi-
cium tendenti, & non expressè contradicit, ipsum actum ap-
probasse videatur arg. l. 63. de rejud. & l. 7. §. f. de decur. Alex. &
Jason. in l. 33. solut. matrim.

§. 18. Quarta species Juris in re est Possessio, quæ etiam
suos salutare & favorabiles producit effectus, eosque vel ge-
nerales, vel speciales; Inter illos est 1. quòd relevet possiden-
tem ab onere probandi l. 14. & 15. de probat. & transferat onus
probandi in adversarium §. 12. f. de inutil. stip. l. 16. C. de probat.
nam qui præsumptionem pro se habet, saltem unicam, non te-
netur probare Everh. loc. leg. 90. n. 9. Marp. cons. 13. n. 36. seqq. vol. 1.
Excipit tamen Carpz. p. 1. c. 16. d. 23. casum ubi Jus commune,
vel Juris præsumptio possidenti resistit, juxta generalem regu-
lam, quæ præsumptio fortior vincit debiliorem. Marp. cons. 15.
n. 242. seqq. V. 1. Quæri autem hic poterit, quid sentiendum de
casu, ubi duo se quasi possidere contendunt, & utrinque actus
possessorii deducuntur? Resp. pronuntiandum esse pro eo, qui
antiquiorem & continuatam possessionem accuratiùs probave-
rit. c. 9. de probat. & Panorm. ibid. n. 35. Quòd si de antiquiore
possessore liquidò non constet, distinguendum erit, an alteru-
ter possessionis suæ allegaverit titulum, nec ne; Illo casu victo-
riam reportabit allegans titulum, si eundem legitime probave-
rit Bd. in l. 10. C. uti poss. Dec. cons. 9. n. 4. & Paris. cons. 107. n. 3. V. 1.
Neutro autem allegante titulum, vel alterutro in probatione
ejusdem deficiente, in dubio pro eo judicandum, cujus partes
sunt favorabiles l. 125. de R. f. Gasl. libr. sing. de pignoration O.
22. n. 8. & seqq. 2. effectus favorabilis generalis est, quòd quilibet
præsumatur: bonâ fide, & justo titulo possidere arg. §. f. C. de R.
V. Mascard. de probat. Vol. 3. concl. 196. quoniam lex in casu, qui
urramque interpretationem recipere potest, bonum potiùs &
legitimum, quàm malum præsumit Oldend. reg. 174. 3. effe-
ctus favorabilis est, quòd quilibet possessor, etiam injustus,
plus juris habeat, quàm ille, qui non possidet l. 2. §. 4. de interd.
quod

quod tamen subaudiendum est de casu, ubi adversarius potius jus probare nequit, nam adversus extraneos etiam vitiosa possessio prodest *l. 128. de R. J. l. 9 §. 4. de publ. in rem act: l. 8. de cond. ob turp. caus. l. f. C. de R. V.* Non itaque procedit, si possessor ab ipso adversario suo injustè, vi scil. clam, aut precario possideat *l. 1. §. f. uti poss. Illustr. Dn. Siruv. Ex. 42. th. 23.* 4. effectus favorabilis est, quòd possessor non teneatur partem, pro quâ possidet, vel indicare vel probare *l. 73. de R. V.* Imò nec §. titulum allegare multò minus probare. *l. 11. C. de pet. her.* Cùm præsumptio sit pro possessore, illum jure possidere. *l. 2. C. de probat. add. l. 7. C. de testib.* Excipitur tamen causa hereditatis possessionis in *d. l. 11.* Ratio diversitatis proponitur in *l. 9. de her. pet. ubi dicitur, eum demum teneri petitione hereditatis, qui vel pro herede, vel pro possessore possidet.* Cùm igitur hereditatis petitio non nisi contra possidentem pro herede, vel pro possessore detur, necessum est possidentem suæ possessionis titulum allegare, si se tueri velit in possessione. Quod secus est in aliis specialibus actionibus realibus, quæ intenduntur adversus quocunque titulo possidentem, ut proinde hoc casu non opus sit allegatione tituli. 6. effectus favorabilis est, quòd possessio liberet à satisfactione *l. 15. qui satisd. cog.* ita tamen, ut magis hoc casu respiciendum sit, ad jus, quod possessor in re possessa habet, quàm ad id, in quo consistit essentia possessionis *d. l. 15. j. l. 7. eod.* Intelligendum autem hoc est de possessione immobilium, & hodiè etiam mobilium pretiosorum, quæ facile amoveri nequeunt, ut est bibliotheca &c. *Schuz. comp. Lauterb. tit. qui satisd. cog. not. In.* Hinc nominis possessio non sufficit, nisi instrumentum id debitor deponat, & simul oppignoret, cum expressa promissione, quod ante litem finitam non velit exigere debitum *Carpz. l. 2. R. 71.* Hæc tamen oppignoratio non est necessaria in bonis immobilibus *§. 2. §. de satisdat.* Concessa namque est adhuc facultas alienandi post interpositam jam cautionem *d. l. 15. §. f.* Ampliatur autem ante dicta regula, ut etiam procedat; etiamsi possessor sit obætatus *arg. d. l. 15. §. 6. Carpz. p. c. 5. d. 14.* 2. etsi lis sit super hac ipsa re immobili *d. l. 15. Carpz. d. l. d. 15.* Et sufficit aliquem tempore saltem cautionis

ti onis præstandæ possessorem immobilium fuisse *d. l. 15. §. f.*
 Ut proinde ad satisfactionem cogi nequeat possessionatus, si
 sub litis ingressu aut lite pendente possessionem vendat, aut fa-
 cultatibus labatur *d. l. 15. §. f. Eckolt. tit. qui satisd. cog. §. 16.*
 7. effectus favorabilis est, quòd possessione etiam injustâ ne-
 mo privari debeat absque cognitâ causâ. *l. 2. in f. C. si propt. publ.*
pers. ne quidem à Judice l. 6. C. unde vi, c. 7. de restit. spol. Gail. 1.
O. 76. Quod extenditur quoque ad prædonem possessorem, à
 non domino dejectum *l. 1. §. 30. & 31. de vi & vi. arm. c. 5. & 7.*
de rest. spol. Quamvis enim hic respectu sui ipsius injustus sit
 possessor, quippe qui sine bona fide, sine justo titulo, sine tra-
 ditione rem possidet; Justior tamen censetur secundo posses-
 sore, illum de possessione dejiciente. Cum primus possessor à
 secundo rem non injustè possideat, & præterea adversus hunc
 anterioris privilegio temporis nitatur. Imò hoc verum est li-
 cet dejectus possessor ab ipso dejiciente possessionem vi, clam,
 aut precariò acceperit, ut hoc non obstante adversus dejicien-
 tem uti possit interdicto. Vnde vi per *§. 6. §. de interdict.* Ni-
 si in continenti durante adhuc congressu, dejecerit, eo enim in
 casu non tam alium dejecisse, quàm se in sua possessione de-
 fendisse videtur *l. 3. §. 9. & l. 17. de vi & vi arm.* Limitatur porrò
 prædicta sententia in casu, ubi notorium est, posteriorem deji-
 cientem & primum dejectum esse verum dominum, primò au-
 tem dejicientem, & ultimò dejectum esse prædonem, tunc e-
 nim ex æquitate interdictum hoc cessabit. DD. communiter.
 8. effectus favorabilis est, quòd dejectus ita à possessione illi-
 cò sit restituendus *l. p. ff. & 6. C. unde vi.* Nullis (ne quidem Do-
 minus *Bach. V. 9. D. 25. th. 4.* nisi statim probari possit. *Vultej. l. 1.*
c. 1. n. 35.) admisis exceptionibus, quæ altiorem requirunt in-
 daginem; Vnde dicitur interdictum hoc unde vi momentane-
 um *c. 5. de restit. spol.* Restituendus autem est cum omni causa,
 & fructibus non tantum perceptis, sed & percipiendis *l. 1. §. 40.*
& 41. d. t. qui æstimatur non ex persona dejicientis, sed dejecti;
 Ut nim. tantum præstare debeat dejiciens, quantum perceptu-
 rus fuisset dejectus, si dejectus non esset per *l. 4. C. d. t. 9.* Fa-
 vor hic est, quòd liceat impunè resistere dejicienti, quocunque

D

mo-

modo l. 29. §. 1. ad L. Aquil. etiam cum interneccione inuasoris, observato tamen moderamine inculpatae tutelae l. 1. C. unde vi. conf. Landfr. Ordn. zu Wormbs / de A. 1521. tit. von Poen aller Friedbrecher. Quia haec defensio cum corporis vitaeque periculo conjuncta est, imprimis si inuasor defensori armis resistat, nolens res ablatas restituere. Schwendend. ad Eckolt. tit. de acq. vel am. poss. Carpz. pr. crim. p. 1. q. 32. n. 27. & seqq. Strauch. Diss. 6. aph. 25. Ultimus tandem effectus generalis favorabilis est, quod commodius agatur possessorio, quam petitorio, tum ob leviores probationes, quae ibi sufficiunt l. 24. de R. V. tum etiam ob processum ipsum, qui ibi semper est summarius.

§. 19. Hucusque de affectibus possessionis generalibus, sequuntur jam speciales; Quorum 1. consistit in perceptione fructuum, ubi regula tenenda: Bonae fidei possessor fructus perceptos suos facit: quae probatur per l. 48. de acq. rer. dom. l. 25. §. 1. de usur. l. 28. eod. l. 4. §. 2. fin. reg. l. 136. de R. J. Nulla prorsus facta distinctione inter fructus naturales & industriales. Quando autem lucrari dico b. f. possessorem fructus perceptos, non quoscunque, sed saltem consumptos volo intellectos, extantes namque omnes domino supervenienti restituere tenentur. per l. 4. §. 2. fin. reg. l. 40. de acq. rer. dom. l. 4. §. 19. de usucap. §. 35. J. de R. D. §. 2. J. de off. jud. l. 22. C. de R. V. 2. favor consistit in deductione impensarum, ubi regula est: B. F. possessor impensas necessarias in rem possessam factas repetit, l. 38. de her. pet. l. 5. C. de R. V. Idque propterea, ne dominus contra naturam cum b. f. possessoris damno lucrum faciat. l. 14. de cond. ind. d. l. 38. l. 246. de R. J. & ne ipsi b. f. possessori officium suum sit damnosum l. 7. quemadm. testam. aper. quae regula etiam extenditur ad casum, si res, in quem impensa facta, perierit. d. l. 38. l. 10. §. 1. de neg. gest. l. 8. de pign. act. l. 4. de impens. in rem dot. fact. Ruin. l. 1. conf. 14. n. 3. Hunn. Disp. 4. th. 26. Idem quoque iudicium ferendum est de impensis utilibus; Modò rei dominus non sit pauper, nec ejusmodi impensas, absque venditione ipsius rei, in quam impensa facta, persolvere queat. Hoc autem in casu b. f. possessor impensas non deducere, sed saltem ea, quae utiliter impendit, si fieri potest, tollere debet l. 29. l. 27. §. 5. l. 38. de

de R. V. Impensas etiam voluptuarias b. f. possessor à domino rem suam petente doli exceptione consequitur l. 39. §. 1. de pet. her. l. 9. de imp. in rem. dot. fact. 3. Favor elucet in eo, quòd juxta tradita Carpx. p. 2. c. 7. d. 13. non possit agi contra possidentem ex L. Diffamari ad turbendam ejus possessionem; Quemadmodum nec 4. possessor duobus de eadem re litigantibus ad rei restitutionem alterutri faciendam cogi potest, antequam unus ex illis vicerit Carpx. p. 2. c. 8. d. 1.

§. 20. Restat ultima species Juris in re, nempe Jus Pignoris, in quo varius quoque favor passim se exerit, quorum quidam conspiciuntur circa ejus constitutionem, quidam circa idem constitutum. Illi sunt 1. quòd pignus etiam accedere possit obligationi tantum naturali per l. 14. §. 1. de pign. l. 5. pr. cod. Hujus tamen exceptionem vide in l. 13. quib. mod. pign. vel hyp. solv. 2. quòd Lex commissoria, quâ scil. cavetur, ut si debitor intra conventum tempus non solvat, pignus creditori, pro quantitate debita, cedat, in pignoribus sit reprobata l. f. C. de pact. pign. Mestert. tr. de Lege Commiss. q. 2. n. 1. Muda de pignor. tit. de pact. leg. commiss. n. 38. qui n. 10. addit, in tantum prohibitum esse hoc pactum, ut nec consuetudine, nec statuto introduci possit conf. Mestert. d. tr. q. 13. n. 4. Schurz. in comp. Lauterbach. tit. de pign. act. not. In. ubi 4. adhuc subministrat limitationes, & circa finem monet, per dictam prohibitionem L. Commissoriae non sublatum esse pactum, quòd convenit inter debitorem & creditorem, ut si intra præfinitam diem debitum non solvatur, creditori res oppignorata justo pretio sit emptal. 16. §. f. de pign. act. l. f. de contr. empt. Cùm hic cessent rationes prohibitionis, quæ, præter alias, quas exhibent Trentacinq. l. 3. tit. de pign. res. n. n. 15. Bach. tr. de pign. l. 1. c. 15. n. 17. & Mestert. d. tr. q. 3. n. 3. in hoc consistunt, ut avaritia improborum creditorum coerceatur, & egentibus debitoribus succurratur, qui sæpè in necessitatibus constituti in duram hanc legem consentiunt, & ne plus consequatur creditor, quàm ipsi debetur, cùm plerumque plus sit in pignore, quàm debito Illustr. Dn. Struv. Ex. 26. aph. 7. 3. Et hoc singulariter in favorem fisci introductum est, quòd, cùm aliàs socius rem communem non nisi pro parte sua oppignorare

re possit, l. 2. C. comm. div. l. 7. C. comm. utr. jud. l. un. C. si comm. res pign. dat. sit. Fiscus tamen rem sibi cum privatis communem in solidum obligare possit, idque arguus l. 2. C. de comm. rer. alien. ubi venditio rei communis fisco in solidum conceditur, hinc argto à majori ad minus ducto inferunt: Cui concessa est venditio, illi multò magis concedenda erit oppignoratio *Strauch. Diss. 13. aph. 19.* 4. Totus tractus pignoris legalis seu taciti nititur favore vel causæ, seu debiti, vel creditorum, vel denique præsumptæ voluntatis, prout communis DD. schola, ad tit. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr. docet.

§. 21. Ipsum Jus constitutum plenum quoque est favoribus; Sic 1. quoad Jus Persecutionis favorabile est, quòd creditori libera concedatur facultas agendi vel personaliter contra debitorem suum, vel realiter contra quemcunque possessorem rei oppignoratæ. l. f. C. de O. & A. l. 24. C. de pign. quod tamen per N. 4. c. 2. & auth. sed hodie C. de obl. nec non auth. hoc si C. de pign. mutatum, ita, ut principalis prius debitor & fidejussores excutiantur *vid. Illustr. Dn. Struv. Ex. 26. th. 38. Franz. 1. Res. 12. 2.* quoad Jus Retentionis favorabile est, quòd creditor pignus ex alia causa datum possit pro alio quoque debito retinere. l. un. C. etiam ob Chirogr. pec. pign. ten. poss. *Christin. V. 4. dec. 169. n. 4. Coler. p. 1. c. 2. n. 258. Carpz. p. 2. c. 25. d. 25.* 3. quoad Jus Prælationis *vid. ff. & C. qui pot. in pign. vel hyp. hab. Ut & 4.* quoad Jus Distractionis, in quo favorabile est, quòd hoc procedat (observatis tamen observandis *vid. Tr. de distr. pign. n. 36. seqq. Illustr. Dn. Struv. Ex. 26. th. 44.*) ut pactum de non alienando sit expressè interpositum, l. 41. de pign. act. l. 5. de distr. pign. l. 1. 2. C. debit. vend. pign. imp. non poss. Vtrum autem favor creditoris, quo gaudet circa pignus, tantus sit, ut 30. annis præscribi possit juri reluendi? quæstionis est. Quod negandum omninò est, tum, quia actio pignoratitia nascitur demum, postquam debitor creditori satisfecit, l. 9. §. 3. l. f. pr. de pign. act. hinc, antequam nascitur, non poterit præscribi, cum non entis nullæ sint qualitates; Tum quia hinc deficit justus titulus, pignus namque non est titulus dominii translaticivus l. 15. §. 2. qui satisf. cog. l. 12. de distr. pign. & bona fides, cum creditor, qui alie-

alieno debitoris scil. nomine possidet l. 13. de usurp. & usuc. scit, rem non esse suam, sed alienam, tum, quia nulla negligentia, qua præscriptionem induceret, imputari potest debitori, cum ipsi jus petendi pignus nondum competat. Et hæc pro institutione de Speciebus Juris in re dixisse sufficiant.

CAP. IV.

De

AFFECTIONE CIRCA JVS

AD REM.

§. 1.

Progredior itaque ad Jus ad Rem, quod est facultas jure competens quâ ad rem præstandam h. e. dandum aliquid vel faciendum personam ex facto suo habemus obligatam *Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 3. tit. 1. aph. 1.* Est autem obligatio alia naturalis, alia civilis, quarum illa hanc non includit tanquam qualitatem qualificantem, uti illi opinantur, quos refert *Coras. in repet. l. 38. de cond. indeb.* Cum positâ hâc sententiâ civilis obligatio, tanquam qualitas seu accidens non posset per se extra subjectum subsistere, l. 2. de usufr. Cujus tamen contrarium manifestò liquet ex literarum obligatione. Est verò obligatio naturalis, quæ solo æquitatis vinculo nititur, vel primæva, vel secundaria, quarum illa ad *ἀντιδωρα*, hæc ex nudò pactò nos obstringit; Antidoralis ista dependet ex naturali affectione, ac proinde ad certum quid & determinatum non obligat; Nam qui donum accipit, sumit hoc ex voluntate donantis, quæ fuit, non ut accipientem obliget, ad reddendum aliquid, præter gratitudinem, sed, ut ipse liberalitatem suam exercent l. 1. de donat. *Donell. 12. comm. 2. Wesenb. in Parat. de O. & A. n. 5.* Actus verò agentium ultra ipsorum intentionem nihil operantur. Civilis obligatio, prout sumitur in l. 7. §. 2. de pactis aliis mixta dicta, est vinculum æquitatis naturalis & civilis, quò quis ad aliquid præstandum adstringitur. Ejusmodi vinculum nascitur vel ex contractu, vel delicto; Est autem contractus vel verus vel quasi: Verus est vel nominatus vel innominatus; Nominatus est vel realis, vel verbalis, vel literalis, vel consensualis.

D 3

De

De singulis speciebus, quantum ad nos, nonnihil dicturi sumus.

§. 2. Ordinem itaque à contractibus realibus, quorum primus est mutuum, ubi favorabile est, quòd mutuum non vitietur, si mutuarius, qui tamen est debitor generis. rem eandem, quam accepit, in specie restituerit *l. 8. in f. pr. mand.* Cujus rei ratio assignari solet, quòd contractus subsistentia æstimari soleat, non ex implemento, sed ab initio; Atqui hinc ab initio conventum, ut res reddatur in genere; Nam si ab initio conventum sit de speciei restitutione, non erit mutuum, sed pro diversitate conventionis, vel depositum, vel commodatum vel precarium, uti docet *Eckelt. tit. de reb. cred. §. 11. ibique Schwendend.* Altera hujus rei ratio consistit in favore debitoris; Hujus namque affectione introductum est, ut nummis mutuo acceptis possit uti, eosque restituere in genere. Hinc potest debitor favori pro se introducto facile renunciare *arg. l. p. C. de pact. Vigl. ad l. 2. n. 10. & Donell. ibid. n. 5. de reb. credit.* Occasione mutui vexatissima aliàs, & in utrumque partem æquè, ut videtur, plausibilibus rationibus agitata controversia sese offert: Vtrum scilicet in restitutione mutui, si pecunia credita interea temporis fuerit devaluata, spectandum sit tempus contractus, an verò solutionis? Nos in favorem creditoris, posterius defendendum suscipiemus, utut de contradictoribus dubitandum non sit; Nititur verò hæc sententia tum juris, tum æquitatis rationibus: Nam mutuum 1. debet reddi in eodem genere æquè bonum *Mozzius de Contr. f. 79. n. 3.* At debitor offerens creditori suo nummos reprobos non reddit mutuum in eodem genere æquè bonum; Cum reprobatio, tollat bonitatem, quæ erat in valore, cursu ac usu *l. 1. in f. de contr. empt. l. 94. de solut.* 2. quia in mutuo de natura conventionis est, ut solutio quantitatem in genere & bonitate, tanquam illa ipsa esset quantitas data, repræsentet *l. 3. & 6. de reb. cred.* Atqui non solutio reprobata, sed hodierna repræsentat quantitatem datam in genere & bonitate, tanquam illa ipsa esset quantitas data. 3. quia creditori reddendum est illud, quod eandem recipit functionem in genere suo per solutionem *l. 2. §. 1. de reb. cred.* qui autem post contractum

ctum reddit monetam reprobam, non reddit valore & æsti-
matione tantundem, cum talis moneta vel planè non, vel sal-
tim non tanti possit expendi. 4. quia solutio ita fieri debet,
ut creditor nec plus, nec minus, quam ei abest, consequatur
l. 61. de solut. At multum creditori abesset, si factâ solutione in
moneta reproba singulis nummis creditis aliquot detrahantur
grossi. 5. quia ipsa æquitas succurrendum potius suadet illi,
qui de damno evitando certat, qualis hîc est creditor, qui suum
repetit, quam ei, qui lucrum captare satagit, uti hîc debitor.
6. quia illud pro disposito & convento habetur, de quo si con-
trahentes interrogati, verisimiliter disposituri fuissent *l. 6. de
cond. caus. dat. l. f. & ibi Paul. de Castro & DD. C. de posth. her. instit.*
Jam verò dubium non est, si contrahentes interrogati fuerint,
velintne ita contrahere, ut creditor pro pecunia sua mutuo da-
ta vel planè nihil, vel saltem dimidiam &c. partem reciperet?
quin hoc negaverint *arg. l. 25. de probat.* 7. quia nemo cum
alterius damno debet locupletari *l. 206. de R. J.* 8. quia nemi-
ni debet esse beneficium suum damnosum. *l. 8. de stipul. Prator.*
Et quæ possunt esse plures. Hanc quoque sententiam præju-
diciis confirmârunt *Facultas Jurid. Wittenbergens. Collegium Jurid.
Lipsiens. Universitas Helm. Stadiens. Academ. Altorphina. Scabini Co-
burgens.* quæ subnequit *Hiller. in Informatione Juris & Equi über die
Frag. Ob einer der leicht/ oder gestelgert Geld ausgeliehen/
nach isigem reducirten Münz- Wesen/ sich also muß wieder be-
zahlen/ oder einen Abbruch und Detraction geschehen lassen.
add. Theoph. Gleichrecht. in consult. jurid. de controu. ex monet.
adult. novit. exort.* Ut iliter porro in favorem Civitatum intro-
ductum est, ut obligari nequeat acceptione mutui, nisi vel de
expresso mandato, vel versione in ejus utilitatem constet per
*l. 27. de reb. cred. quod probat creditor Menoch. l. 2. arbitr. cas.
432. n. 28. & 29. vel nisi totus ordo consilii, aut alius universita-
tem repræsentans consenserit. Bart. & Donell. in d. l. 27. Mascard.
de probat. concl. 367.* Quo tamen casu executio in bona universi-
tatis fit, non singulorum *l. 7. §. 1. quod cujusque univ. nom. nisi in
subsidium. Gail. de Arrest. c. 9 Pistor. l. 1. quest. illustr. n. 20. & seqq.*
Idem quoque judicium ferendum est de aliis universitatibus.
Sic

Sic quando Clericus ex mandato Capituli ad certam quantitatem directo, pecuniam suscipit, non tenetur probare eandem esse versam in utilitatem Ecclesiæ, secus est, si mandatum quidem adsit, sed indeterminatum *Menoch. d. cas. 432. n. 25. seqq.* Favorabile porrò est Sctum Macedonianum, quod tamen cum abundè satis in ff. & C. explicatum reperiatur, 6. Lectorem ad DD. tit. hunc commendantes remitto.

§. 3. Et pergo ad secundum contractum realem, Commodatum scil. ubi hic favor conspicitur, quod commodati actioni non possit opponi compensatio, per l. f. C. commodat. (quam quidem *Cujac. ad tit. C. deposit.* referendum putat, sed propterea notatur à *Forner. 2. select. 14.*) Ratio est, quia commodatum consistit in re usu non facile consumptibili l. 3. §. f. commod. inque specie, cujus incerta est æstimatio; Compensatio autem tantum in rebus fungibilibus & quantitibus l. 4. C. h. t. Locus tamen erit compensationi, si res commodata perierit per l. 18. §. ult. h. t.

§. 4. Favorabile est porrò Depositum, quòd non admittat retentionem, ne quidem ob impensas à depositario factas l. 11. C. h. t. tum quia d. l. generaliter loquitur, & restitutionem rei illicò absque ulla exceptione præcipit, tum, quia exceptio doli non admittitur in hoc iudicio, at verò exceptio impensarum arguit dolum deponentis, si rem repetat absque refusione impensarum, tum denique, quia nulla compensatio hinc locum habet, d. l. Sic etiam Prætor in deposito necessitatis, seu miserabili, (quod scil. ob incendium, ruinam, naufragium, tumultum, aut aliam inopinatam vim atque fatalem casum irruentem contrahitur) contra inficiantem depositarium statuit, in favorem deponentis, obligationem in duplum l. 1. §. 1. de inc. ruin. naufr. Hoc item singulare in sequestratione, quòd quandoque possessio rei depositæ in sequestrem ex lege conventionis transferri possit, l. 17. §. 1. depos. Contra regulam l. 5. §. 1. & 2. l. 6. eod. Intelligendum autem hoc est de sequestratione spontanea, voluntaria seu conventionali, quæ absolutè à libero litigantium arbitrio dependet dd. tt. *Ferrar. in form. libell. sequestr. gl. 1. n. 4.* non de necessaria, quæ jussu superioris jurisdictionem ha-

habentis etiam invitis litigantibus exercetur, ac propterea, cum speciem quandam executionis, à qua tamen processus non est inchoandus, præ se ferat, regulariter prohibita *l. un. C. de prob. seq. pec. Mynf. cent. 5. O. 35.* In tantum, ut ne quidem admittatur ob contumaciam, sufficientem missioni in possessionem *c. 1. X. de sequestr. poss. ubi Gædd. c. 1. n. 106.* Hujus tamen regulæ varias offendimus exceptiones; Sic licita est 1. Si reus de fuga, vel dilapidatione suspectus satisfactionem injunctam non præstet, *l. 7. §. f. qui satisd. cog. ibique DD.* 2. si possessor post appellationem à sententia, vel executione malitiosè dilapidet bona *l. 21. §. f. de appell.* 3. ob dominii & status mutationem in rebus peculiaribus. *l. f. C. de assert. toll.* 4. de praxi moderna in casu, ubi fiduciariæ possessioni seu recredientiæ sive summarissimæ locus esse potest. *Gail. 1. O. 5. & 6.* 5. denique si metus sit armorum *l. f. C. de Ed. D. Haadr. toll. Gail. 1. O. 148.*

§. 5. Ultima species contractuum realium est Pignus, de quo jam supra nonnihil actum; Hoc saltim insuper monendum est, quòd in pacto antichretico, sicuti hoc expressè contractum, liceat præscriptum in jure ulurarum modum excedere; Observatur namque in hac locationis lex. *l. 14. & 17. C. de usur. Mynf. cent. 6. O. 71.* nec fructus hinc percipiuntur ut usuræ, quia etiam citra stipulationem & pactum debentur, uti constat ex antichresi tacita *l. 8. in quib. caus. pign. vel hyp. tac. contr.* quæ scilicet absque ulla dispositione fructuum contrahitur *Borch. c. 6. n. 3. de usur.* Ut proinde fraus nulla legi fiat *vid. l. 26. C. de usur.* quia fructus hi tum quoad eventum, tum quoad æstimationem sunt incerti.

§. 6. Contractus verbalis seu stipulatio in hoc sentit legis favorem, quòd, utut in ea magna sit vis verborum concinnium, & aptorum, nihilo tamen minus impersonalitas eam non vitiet, modò eadem contingat ex parte stipulantis, non promittentis; Cum ille semper præsumatur sibi acquirere velle *l. 9. in f. de probat. l. 38. §. 5. & 11. de V. O. ibique Zas.* hic verò neque se per impersonalem promissionem obligat *ob l. 25. de probat. l. 5. de S. P. V. anth. si quando C. de conct. pec.* neque tertium, cum respectu illius

illius inutilis sit stipulatio §. 3. *J. de inutil. stip.* Porro exigit equidem stipulatio responsionem congruam, tum ratione qualitatis, tum quantitatis *l. 1. §. 3. de V. O.* qualis non est, si quis stipulanti 100. promittat 50. Ne tamen utile per inutile vitietur, placuit, ut stipulatio vigeat quoad 50. quia etiam summa hæc minor ita majori inest, ut pars inveniri possit, in qua responsio conveniat interrogationi *d. l. 1. §. 4.* Simili favore nititur, quando in stipulationibus faciendi liberamur præstando interesse *l. 13. §. 1. de V. O.* idque favor & æstimatio libertatis effecit, inconveniens namque videbatur, liberum hominem ad certum factum cogi posse, contra definitionem libertatis; Intelligendum verò hoc est de facto conventionali, non legali *l. 20. §. 1. de N. O. N. j. l. p. de jurisd.* nec testatorio *l. 11. §. ult. de leg. 3. l. 5. testam. quemadm. aper. l. 1. C. de SS. Eccles. l. 13. in pr. de pollic. l. 24. §. 10. de fideic. libert.*

§. 7. Sequitur stipulationis species, nempe Fidejussio, ubi favore plenum est, quòd fidejussor in majorem summam, quàm est in principali debito, se obstringens, ne teneatur quidem ad summam concurrentem *gl. in §. 5. ibique Fab. Giph. & Matth. J. de fidej.* ratio est, quia fidejussio est obligatio accessoria, in qua non potest plus esse, quàm est in principali. *d. §. 5.* Favorabile item est quòd auctà per moram debitoris obligatione principali, non crescat obligatio fidejussoris *l. f. de fidej.* cùm stipulatio sit stricti juris, ac proinde ad non expressa extendi nequeat *l. 99. de V. O.* quod tamen restringendum ad fidejussorem simpliciter, non in omnem causam se obligantem *vid. Schuz in comp. Lauterb. h. t.* Similiter ob eundem favorem prorogatio termini absque novo fidejussoris consensu facta, fidejussorem ad certum tempus datum non ulterius obligat *l. 25. §. f. de recept.* Nam tacitâ hæc conditio fidejussisse præsumitur, ut elapso fidejussionis termino vel statim conveniretur, vel à nexu fidejussionis solveretur. *arg. l. 8. de pestul. Hering. de fidejuss. c. 20. §. 12. n. 3. ibique citati.* Favorem quoque spirant salutaria beneficia fidejussoribus indulta, inter quæ non infimum locum tenet beneficium Excussionis seu Ordinis, quod ipsis salvum manet, etiamsi ju-

juramento se obstrinxerint, cum hoc interpretari debeat juxta naturam actus, cui accedit *l. f. de lib. caus. l. 11. §. 2. de jurejur.* Natura verò fidejussionis est, ut principalis prius excutatur debitor *auth. presente C. de fidejuss. Fachin. 3. controu. 15. ibique allegati*; Modò se non ut principalem debitorem constituerit vder sich ohne einige Bedingung zu einem Selbst-Schuldner gemacht; Hoc enim casu beneficio renunciare videtur *Vngebaur. in Exerc. Instit. XI. q. 8. ubi dicit: Aut adjecta hæc clausula facit ex obligatione accessoria principalem tantum, aut principalem & accessoriam simul, aut denique manet accessoria. Non hoc, quia aliàs hæc formula nullius esset effectus; Nec illud, quia nemo sui ipsius est fidejussor. E. necessum est, ut ex obligatione accessoria fiat principalis; Quo casu amittet fidejussor beneficium; Cum non amplius sit fidejussor, sed debitor.*

§. 8. In Contractu Literali seu Chirographario hoc reperitur favoris, quòd, licet exceptio N. N. P. præterlapso biennio opponi amplius Chirographo non possit *l. 8. l. 14. C. h. t.* Debitor tamen non prohibeatur aliis defensionibus legitimis uti; Restat enim, ut excipiat vel adversus scripturam, vel confessionem suam in scriptura contentam. Adversus illam dicendo, se vel simulasse *tt. C. plus val. quod ag. quam quod sim. conc. vel eandem non esse suam, vel non suo consensu scriptam. l. 14. C. de contr. & comm. stip. l. 18. C. de probat.* Adversus confessionem objicere potest, se vel dolo creditoris inductum, vel vi ad confessionem coactum. *Schrad. in 2. part. tract. feud. 9. part. pr. sect. 13. n. 67. ubi inf. subjicit. Exceptioni doli & in factum per biennium non præscribi, si modo probare possit debitor numerationem non esse factam, idque per propriam meo confessionem creditoris. add. c. si cautio de fid. instr. ibique Host. & Abb. Restringit autem hoc Mascard. de probat. concl. 349. n. 5. & 15. V. 1. ad confessionem factam præsentem debitore; Nam si absente debitore fiat, tunc duos testes idoneos semiplenè tantum probare ait, d. concl. n. 24. & 29. Atque hoc casu Judicis arbitrio relinquit Zanger. de Exc. p. 3. c. 14. c. 63. utrum juramentum suppletorium debitori, an purgationis creditori deferre velit. Imò nec ipsum E. N. N. P.*

(non quidem privilegiatam illam, quam supra intellectam volumus, sed minus privilegiatam, quâ sc. ipse debitor probaturus vel per testes, vel per instrumenta, aut alia indubitata argumenta, solutionem non esse factum,) post lapsum biennii exclusam dicunt Pragmatici. *vid. citatos apud Schuz. in comp. Lauterb. tit. de reb. cred. in contr. hujus Querele.*

§. 9. Ordo jam nos ducit ad contractus consensuales, ubi quoad Emptionem Venditionem favorabile est, quod liceat, ad expellendam incuriam, & excitandam diligentiam, contrahentibus in emptionis pretio se invicem circumvenire *l. 16. §. 4. de minor.* Non quidem ex dolo vel fraude *l. 7. de dol. mal.* Nam fraudere & decipere proximum leges nequaquam permittunt *l. 3. §. f. pro soc.* sed ejusmodi circumventionem, quæ proficiscitur ex incuria, solertia & prudentia œconomica, vel ratione indigentia, vel varia æstimationis *d. l. 16. l. 8. C. de rescind. vend. Myns. cent. 4. O. 74.* hæcque concessa est naturaliter h. e. efflagitante ita ratione Juris Gentium. Nam cum sine contractibus humana societas haud magis conservari poterit, quàm si esum potumque ipsi subtraxeris. *arg. l. 1. de contr. empt.* ita sublatâ hæc circumveniendi licentiâ, omnis contractuum vigor enervandus esset. Hæc namque in *gl. ad d. l. 16. emptio-* nis venditionis substantia esse dicitur, ut emptor viliori comparandi, venditor verò cariore distrahendi votum gerat; Et generaliter contrahentes in emendo & vendendo lucrum facere cupiunt. Quod si ipsis interdiceretur, inductâ nimis scrupulosâ æqualitate mathematicâ inter pretium & mercem, nemo sanè rem suam facile per hunc contractum nobiscum communicabit *Covarruv. 2. var. resol. c. 3. n. 2.* Hoc etiam favorabile est in contractu emptionis venditionis respectu venditoris, quòd, utut dominium rei venditæ ante pretii exsolutionem non transferatur in emptorem, nihilominus tamen periculum rei venditæ etiam ante traditionem ad eundem spectet *l. 7. 8. §. 11. de peric. & commod. rei vend.* Idque propterea, quia emptor fuit in mora petendi, semper namque perfecto contractu, hoc ipsi licuit *arg. l. 15. de R. J. l. 143. de V. S. l. 137. §. f. l. 155. de R. J.* &

& quia venditor est debitor speciei, ejus interitu liberabitur; alia ratio proponitur in *d. l. 7. de peric. & comm. rei vend.* Vtrum verò venditâ hereditate Jus accrescendi transeat in emptorem? haud planæ quæstionis est; Nos in favorem emptoris affirmativam hîc defendendam suscipiemus; Tum, quia venditâ hereditate transfertur illud Jus, quod penes heredem futurû fuisset, si non esset vendita *l. 2. pr. de her. vel act. vend.* At penes heredem fuisset jus accrescendi. E. tum, quia, licet emptor reipsa non sit conjunctus ei, cujus portio vacat, est tamen conjunctus imputativè, dum repræsentat personam heredis vendentis, qui reapse conjunctus fuit, tum, quia emptori restituendum est, non tantum quod jam pervenit ad venditorem, sed & quod quandoque pervenerit, & omne lucrum *l. 2. §. 4. & 9. d. t.* tum denique quoniam pars hereditatis non personæ, sed portioni, instar alluvionis, accrescit *l. 33. §. 1. de usufr. j. l. 83. de acq. vel om. hered.* Ne autem suprâ permissâ licentiâ circumscribendi quis abutatur, introductum est in favorem tum emptoris, tum venditoris beneficium *l. 2. C. de R. Vend.* in qua modus ponitur læsioni usque ad dimidium, ultrâ quod si quis læsum se sentiat, hoc beneficio se tueri, & vel ad contractus rescissionem, vel ad supplementum ejus, quòd aut precio, aut mercedeeft, agere potest. Et quamvis *d. l. 2.* mentionem saltem faciat venditoris, non tamen licebit (quod facit Cujac.) inde inferre emptorem hoc beneficio non gaudere. Nam argumentum à sensu contrario in LL. Codicis ad peculiare casus, de quibus Impp. consulti fuerunt, latis, non procedit. Et præterea cum hîc eadem sit legis ratio, læsio sc. ex parte emptoris, & humanitas Imperatoris, idem quoque statuendum erit jus *l. ult. ff. ad L. Aquil.* Imò ob dictas rationes ad alios quoque contractus extenditur hoc beneficium *dd. ll. vid. Schuz. in comp. Laut. tit. de R. V. in Obj. §. & aliis contractibus.* In tantum autem hic favor pro contrahentibus militat, ut *Pinell. p. 2. c. 2. n. 20. Gabriel concl. 1. l. 3. n. 53. tit. de empt. vend.* alique statuunt, huic beneficio renunciatum non esse per clausulam; Quod pluris est, donavi.

§. 10. Circa Locationem Conductionem favorabile est, quòd ea quandoque præsumatur; Sic quando Princeps vel Civitas exactionem vectigalium alicui pretio certo constituto concessit, tunc si non expressè usus est verbo Emptionis Venditionis, in dubio præsumitur locatio *Menoch. l. 3. præf. 104.* Sicut & tum quando simul locationis & venditionis verbo usus est, & præstatio est divisa in singulos annos, vel menses, vel etiam est unica *Menoch. d. l. n. 43.* In hoc quoque imprimis favorem sentit locatio, conductio, si *Joh. Althusio Dicaolog. L. 1. c. 76. n. 8.* fidem faciamus, quòd locator conductori obligationi suæ non satisfaciendi rem locatam privatâ etiam auctoritate auferre possit. Cui tamen haud obscure contradicunt citati apud *Schuz. in Comp. Laut. h. t. in Contrar. §. aliquando tamen, propter ut. C. ne quis in sua caus. jud. l. 13. quod met. caus. l. 176. de R. J. l. 3. C. de pign.* Occasione loc. cond. receptum quoque est in favorem studiorum, quòd opifices artem suam cum strepitu exercentes non possint sibi ædificia conducere apud literatorum ædes, ibique opificium suum, illis invitis exercere *Carpz. 2. c. 37. d. 22. arg. l. un. C. de stud. lib. C. J. A. h. t. n. 14.* Quòd extendit *Strauch. Diss. 15. th. 20.* etiam ad studiosos, qui fistulando, altiore voce cantando, vel clarè legendo vicinis studiosis sunt molesti. Non minus favorabile est, quòd locato quandoque principali, locatum quoque censeatur accessorium, quod *Carpz. l. 5. R. 15. n. 3. seqq.* probat exemplo Jurisdictionis (quam concessam esse ait, si locetur prædium, cui cohæret) nec non Juris Patronatûs *per c. 7. & 13. X. de Jure Patron.* Multum etiam fovoris respectu locatoris habet locatio in eo, quòd cum aliàs invitum conductorem, ultra tempus contractum, detinere nequeat *l. 1. C. h. t. adstringere eundem possit in casu locatorum vectigalium, si maximos conductor exinde perceperit fructus, & vectigalia postmodum tanti locari nequeant l. 11. §. f. de publ. & vectig. & comm. Schuz. h. t. in Contrar. ibique citati.* Pari favoris passu ambulat & hoc, quòd conductori remissio mercedis pro Judicis arbitrio determinanda concedatur in casu, ubi quis ædes conduxit ad recipiendos hospites vel studiosos, & hi ob supervenientem ne-

ces-

cesfiratem v. g. pestem ex ædibus illis recesserint *arg. l. 15. §. 2. l. 25. §. 6. h. t.*

§. 11. Cum locatione conductione affinitatem habet Emphyteusis, ubi hoc singulare occurrit, quod emphyteuta non privetur Jure suo, si emphyteusin absque Domini consensu donaverit, quod tamen secus est in venditione ita facta *l. f. C. de J. Emphyt.* Rationem diversitatis *Arum. Ex. ad Inst. XIV. §. 14.* quærit in eo, quod æquum sit in venditione domino fieri denunciationem, ad hunc effectum, ut ipse, si velit eodem pretio rem emphyteuticariam possit habere emptam *d. l. f.* quæ ratio cessat in donatione, quippe quæ gratuita est, & ex benevola erga bene merentem affectione profecta, ut ita dominus non æquè erga se, quàm bene meritum petat declarari eundem affectum, cum hujus affectionis causæ sint, nec domino cum donatario communes. *Donell. 9. comm. 14.* Salvum tamen nihilominus & hoc casu Domino manet jus *περὶ ἐμψυτεύσεως* intra duos menses *d. l. f. Franzk. de Laudem. c. 9. n. 125.* Imò nec venditâ emphyteusi absque domini consensu emphyteuta de jure Sax. Emphyteusi cadit, quia ibi resignatione judiciali non interveniente non censetur res perfectè tradita, vel alienata; *Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 2. tit. 12. aph. 13. in f.*

§. 12. In contractu Societatis hoc favoris est, quòd utut ea constituat jus fraternitatis *l. 63. in f. pr. pro soc.* & propterea nulli ex sociis plus lucri vel damni adjudicet *d. l. 63. §. 5.* attamen illum, qui nudas præstitit operas, non condemnet ad participationem damni, quod contigit ob interitum pecuniæ ab alio in societatem collatæ *l. 5. §. 1. h. t.* Cum non ipsa pecunia, sed usus saltim ejus fuerit factus communis *l. 25. §. 2. h. t. §. 2. eod.* proprietate manente apud conferentem, cui etiam, tanquam domino, perit pecunia *l. 9. C. de pign. act. Zes. in comm. h. t. n. 23.* Aliam adjungit rationem *Covarruv. 3. variar. resol. 2. n. 2.* quòd scil. magna aliàs induceretur inæqualitas, contra *l. 29. pro soc.* dum operam conferens duplex sentiret damnum; 1. enim operam & industriam perderet: 2. partem quoque damni sentiret ob interitum pecuniæ; Alter vero qui pecuniam contulit, partis

tis tantum damnum pateretur. Accedit, quod operam conferens non praesumatur se obligare voluisse ad damnum sortis, cum ipse jam sustineat periculum operarum. Hoc quoque singulare habet societas, quod pater socius sumptus filio suo studiorum causa erogatos, non portioni suae, sed societati imputare possit. *arg. l. 73. §. f. pro soc. l. 52. §. f. cod. & arg. l. 81. h. t. add. Barb. in l. 1. inf. sol. matrim. Panorm. in c. f. de Jud. auth. habita C. ne fil. pro patr.*

§. 13. Restat ultimus contractus consensualis, mandatum scilicet ubi favor conspicitur in eo, quod licet id ab initio expressè non sit interpositum, si tamen praeteritorum gestorum rati habitio accedat, convalidetur *l. 6. §. 9. de neg. gest. l. 1. §. 14. de vi & vi arm. propter fictionem retroactionis ad initium contractus l. 25. C. de don. int. vir. & uxor. l. 7. C. ad Sctm. Maced.* Fit autem haec rati habitio vel per approbationem expressam, antequam alii est jus quaesitum, vel tacitam, quae inducitur ex scientia & patientia *l. f. C. de temp. in int. rest. l. 5. rem rat. hab. aut ex facto approbationem tacite arguente l. p. de L. comm. Menoch. de recup. poss. remed. 15. q. 15. n. 118. & l. 2. pres. 39.* Sic etiam quandoque citra nullitatis periculum, absque speciali mandato actum quis exequitur, & mandantem obligat, si modo utiliter gesserit, *Menoch. l. 2. arb. cas. 352. Roland. V. 4. conf. 53. n. 29.* vel si actus, quem suscipit tacite, videatur inesse mandato *§. 8. f. de mandat.* Sic officiales mandatum intelliguntur habere in iis, quae pertinent ad eorum officium *Mantic. de tacit. & ambig. conv. L. 7. tit. 11.* Similiter & hoc favorabile est, quod, etsi quis mandati fines excesserit, nihilominus actionem mandati adversus mandantem habeat, in quantum mandato satisfecit. v.g. mandavit Titius Sempromio, ut fundum emeret 100. ille autem emit 120. Hic si remittere velit 20. salva ipsi erit actio contra mandantem quoad 100. *Cujac. ad l. 4. mandat.* Quia remisit 20. quae praeter mandatum adjecit, 100. ex forma mandati expendit pro fundo.

§. 14. Haec de contractibus nominatis, sequuntur jam innominati, qui sunt vel irregulares, vel regulares. Illuc spectat contractus aestimatorius, & permutatio. Circa illum hic

hic præluet favor præ locatione & mandato *arg. l. 10. §. 3. mand. Lugo de J. J. D. 26. sect. 9. num. 105.* quòd non, ut in istis, accipiens rem, plus pretii persolvere cogatur, quàm conventum, licèt ex re juxta hunc contractum vendita plus fuerit consecutus *l. 1. §. 1. b. t.*

§. 15. In permutatione favorable est, quòd eadem quandoque præsumatur; sic quando quis alicui certam rem donavit, additâ tamen hâc expressâ conditione, ut vicissim accipiens aliquid det, erit permutatio præsumenda, non donatio *l. f. C. b. t. l. 9. l. 22. C. de donat. vid. l. 15. §. 4. locat.* quæ tamen in hoc à communi permutationis natura recedit, quòd non simplici pœnitentiâ, sed ruptâ demum ex altera parte fide, datum repetatur, *Schuz. in comp. Laut. b. t. in form. circa f. & quem ibi citat Bach. V. 2. D. 19. th. 8. lit. b.*

§. 16. Contractus innominati regulares sunt 1. articulus Do, ut Des 2. Do, ut Facias 3. Facio, ut Des 4. Facio, ut Facias; *l. 5. de P. V. de qual. vid. Fr. b. t. n. 2.* Quorum duo priores hoc singulare habent, quòd non admittant dationem rei alienæ *vid. Illustr. Dn. Struv. Ex. 25. th. 20. & 24.* quæ tamen quandoque admittitur tum quoad validitatem & subsistentiam ipsius contractus, ac inde descendente obligationem & actionem, tum etiam quoad obligationis satisfactionem. *vid. Eck. tit. commod. §. 3. in fin.*

§. 17. Articulus Facio, ut Des hunc favorem habet, quòd si quis ex sua parte contractum faciendo adimpleverit, alter autem dare cesset, illi competat actio de dolo, ne omni destituatur juris remedio, cum ad factum repetendum, quippe quod infectum fieri nequit, nulla aliâs civilis ipsi daretur actio. *per l. 5. §. 3. de P. V. Strauch. Diss. 16. aph. 11.*

§. 18. Articulus denique Facio, ut Facias hunc sentit favorem, quòd, utut alter contractum adimpleverit, alter tamen ad factum, quod promisit, præcisè cogi nequeat, sed saltem ad id, quod interest, quia in obligationibus faciendi post moram, ex novatione quadam legali, interesse succedit in locum facti. *arg. l. 44. §. f. de O. & A. l. 72. de V. O. l. 13. in f. de R. J.*

§. 19. Hucusque de Contractibus veris, iisque tum nominatis, tum innominatis; Deducimur nunc ad Quasi Contractus. Ubi 1. circa negotiorum Gestorem liquet ex §. 1. *J. de obl. que quas. ex contr. nasc.* quòd non dolum duntaxat, sed & omnem præstare debeat culpam, adhibere namque debet exactissimam, & modum penè excedentem diligentiam, & majorem, quàm in suis rebus observare solet. *vid. Ungebauer. Diss. ad Inst. XII. q. 7.* ubi etiam adversariis satisfacit. Ex æquitate tamen introductum est, ut si quis deserta amici negotia gerat, dolum solummodò, & huic proximam latam culpam præstet. *per l. 3. §. 9. de neg. gest.* Sic etiam ob eandem æquitatem Negot. Gestor non tenetur ob illa absentis negotia, quæ planè non gessit *propter l. 20. C. de neg. gest.* ubi satis abundeque iufficere dicitur, si cui vel in paucis amici labore consulatur. *add. Accurs. add. l. 20.* Ut proinde non odstet *l. 6. §. 12. b. t.* si adhibeas distinctionem à Bart. *add. l. 20.* propositam, quando dicit: Aut quis incepit gerere, & omisit postmodum, aut non incepit quidem, accessit tamen ab initio ut gesturus omnia, vel saltim quædam, & hoc casu, si alius gesturus omnia per hujus immixtionem impeditus fuerit, tenetur de omnibus *d. l. 6.* Sin alius gesturus omnia non adfuerit, tenetur saltim de iis, quorum gerendorum gratia accessit.

§. 20. Quasi contractibus accensetur quoque Tutelæ Administratio. §. 2. *J. de obl. que ex qs. contr. nasc.* ex qua obligatur tutor ad personam & res pupilli fideliter gerendas; Ubi notandum, quòd tutor gratuitam, integram, omniq̃ue lucro abstinentem fidem præstare debeat. *l. 38. de N. G. Pistor. conf. 7. n. 2.* Licet eo ipso impediatur, propriis suis negotiis vacare Gothofr. *in l. 33. de adm. tut.* Unde etiam est, quòd nulla ipsi supersit actio ad consequendum salarium *d. l. 33. l. 58. eod. l. 38. de N. G.* In favorem tamen tutorum una alterave hujus regulæ statuta est exceptio, quas recensitas *vid. apud Gutierrez. tr. de Tut. & Cur. p. 3. c. 2. n. 2. seqq.* inter quas elucet & illa; si tutor aliàs solitus fuerit locare operas suas, tunc enim salarium recte petit, si in eodem genere operarum pupillo præstiterit au-

auxilium. *Berlich. 1. dec. 234. num. 3. in f.* Sic agricola pro cultura prædii sui pupilli merito operæ pretium petit *Gutierrez. d. l. num. 19.* Sic etiam advocatus tutor, qui pupillo advocando adfuit, ad salarium consequendum actionem habet; uti ita *Berlich. d. l. n. 8. à Jētis Lipsiens. pronunciatum asserit. An. 1624. mense Augusto.*

§. 21. Ex Rerum Communionem oritur iudicium communi dividendo, quo agunt illi, qui præter hereditatem in communionem incidunt, ad res communes dividendas, & præstationes personales *l. 3. pr. l. 4. pr. & §. 3. b. t.* In favorem tamen possidentis & odium negligentis singulariter introductum est, ut hæc actio per præscriptionem deleatur *l. 1. §. 1. C. de ann. except. XXX.* nimirum annis, præsuppositis tamen terminis habilibus; v. g. si quis neget aliquem esse socium, & ille per 30. annos tacuerit. Aliàs enim divisioni ne quidem per longissimum tempus præscribitur. *arg. l. f. C. b. t. l. 70. pro soc.* Quamdiu namque plures in communionem stant, alter alterum agnoscit socium, & dominum pro indiviso, ideoque hoc casu adversus possidentem usucapio peragi non poterit *Eckolt. b. t. §. 6.*

§. 22. Communio quoque hereditatis quasi contractibus annumeratur, *l. 22. §. 4. l. 26. l. 27. fam. hercisc.* Occasione huius singularis favor introductus est, quòd, cum aliàs Iudex cautiones de evictione, & damno communi ferendo interponere jubeat *l. 25. §. p. l. 19. in f. fam. herc.* in divisione à patre facta eadem cessare debeant *Sichard. in l. 14. num. 3. C. d. t. per l. 77. §. 8. de leg. 2.* Porro ad evitandam inæqualitatem inter liberos, placuit Legislatori inducere collationem bonorum à patre perceptorum *v. l. 9. l. 17. in f. C. de collat. Wesenb. b. t. n. 5.* Idem tamen favor, & præsumpta patris donantis voluntas efficit, ut huic collationi eximatur 1. simplex donatio *arg. l. 18. C. fam. herc. l. 20. in f. C. de collat.* 2. Sumptus studiorum *l. 50. fam. hercisc. Schneidew. ad §. 20. J. de act. n. 42. Treut. D. 19. th. 13. V. 1.* quod eousque procedit, ut etiam æs alienum occasione studiorum vivente adhuc patre à filio contractum, non ex

singulari filii portione, sed ex communi hereditate solvendum
 fit l. 1. §. 16. de collat. l. 5. ad Sctm Maced. Ludw. Ex. 14. th. 6. lit.
 f. in fin. add. omninò Harprecht. ad §. 2. f. de donat. ubi hanc
 materiam à n. 55. usque 114. accuratè discutit.

§. 23. Ad Quasi contractus etiam refertur Hereditatis
 Aditio §. 5. f. de obl. que ex quas. contr. nasc. ubi ex benigna Ju-
 ris interpretatione introductum est, quòd in actione ex hoc
 quasi contractu descendente, quæ dicitur ex testamento, præ-
 stentur usuræ, etiam non promissæ, ex sola mora l. 34. de usur.
 contra naturam actionum stricti juris, qualis hæc est. l. 5. de eo,
 quod cert. loc. §. 26. f. de act. arg. §. 28. f. eod.

§. 24. Alius Quasi contractus est Indebiti solutio §. 6. f.
 de Obl. que ex qs. contr. (Dissent. Donell. Lib. 14. comm. 7. C. c. 16.
 §. 17. ob §. 1. f. quib. mod. re contr. oblig. 2. ob intercedentem
 verum consensum inter solventem & accipientem; Quem re-
 futatum vid. apud Ungebauer. Diss. Inst. XII. q. 8.) ubi inter mul-
 ta alia hoc singulare deprehenditur, in §. f. f. h. t. §. l. 4. C. de
 cond. indeb. quòd condictio indebiti non concedatur in iis ne-
 gotiis, in quibus lis inficiando crescit in duplum, seu, ut Vinn.
 add. §. loquitur, in quibus actio adversus confitentem in sim-
 plum, adversus negantem verò in duplum datur Cujusmodi
 recensentur in §. 26. f. de act. l. 1. §. 1. depos. idque in favorem
 transactionis; Quia his casibus non tam indebitum quis sol-
 vere, quàm de dubio litis eventu, qui in duplum crescere pot-
 est, transigere videtur arg. l. 51. de pecul. Soluta autem trans-
 actionis causa repeti nequeunt l. 65. §. 1. de cond. indeb. Ludw.
 Disp. 14. apb. 6. in f. add. Arumæ. Ex. XV. th. 16. ubi rem exemplo
 illustrat.

§. 25. Deducimur nunc ordine ad modos tollendi obli-
 gationem ex contractu conciliatam. Inter quos primò se of-
 fert Solutio, in cujus favorem multa singularia sunt introdu-
 cta, ut videre est ex eo, quòd citra omne mandatum tertius
 quidam etiam pro ignorante, imò invito debitore solvere pos-
 sit; Cùm de Jure Civ. liceat ignorantis & inviti conditionem
 reddere meliorem, quod hîc fit l. 39. de N. G. l. 23. l. 40. de solut.
 Non

Non tamen negligenda hic est differentia, quæ interjacet inter eum, qui pro invito, & eum qui pro ignorante creditore solvit; Ille namque omni destituitur medio recuperandi id, quod pro alio solvit *l. f. C. de N. G. Pileus quest. 16.* Huic verò salva est sola neg. gest. actio *l. 43. l. f. d. t.* modò utiliter solvetur, quod factum censetur, si debitoris nihil interest, solutionem à tertio esse factam; *d. l. 43.* Haud minoris favoris est, quòd debitor debitoris absque speciali mandato creditori sui creditoris rectè possit solvere. *l. 11. §. 5. de pign. act.* in tantum, ut liberatio inde contingat non quidem ipso jure, sed ope exceptionis, quæ nascitur per cessionem actionum, quas debitor adversus creditorem creditoris sui habet. *l. 6. de dol. mal. & met. exc. l. 36. de N. G. Bart. ad l. 3. sol. matrim. & DD. comm.* Atque hoc contra communem aliàs regulam receptum est, quæ placuit, solutionem alteri factam non valere, ut proinde *Alex. ad d. l. 3. sol. matr.* concludat, personam creditori conjunctam non rectè exigere solutionem à debitore, utut illa cavere velit de rato *l. 11. C. de solut.* Limitat tamen hoc ipsum *Jacob. de Arena & Alex. d. l. n. 2.* in casu ubi debitor suspectum se reddit; Atque hoc casu admittit personam conjunctam, ut rectè agat ad deponendum debitum apud Judicem *l. 7. §. f. qui satisd. cog. l. 21. §. 3. de appell.* Eodem favore nititur, quod creditor totum debitum petens, non teneatur invitus accipere partem, sed eandem oblatam absque omni periculo, & metu amittendæ rei (quod vult. *Jas. in l. 21. n. 2. & 5. de reb. cred.*) possit recusare *l. 122. pr. de V. O. l. 72. pr. de solut.* Idq; propterea, quoniam partialis hæc solutio repugnat obligationi ab initio contractæ, quæ debitorem de toto semel strinxit *dd. ll.* Congruum itaq; erit, ut eodem modo dissolvatur hæc obligatio, quo contracta est *l. 35. de R. J.* quod fieri haud aliter poterit, quàm per exsolutionem totius debiti. Et porrò damnosa esset partialis solutio creditori per *l. 3. fam. herc. Jason. d. l. Donell. n. 14. ibid. conf. pluribus Arum. Ex. XVI. 8. 2. Zanger. de Except. p. 3. c. 2. n. 5. seqq.* Hoc etiam singulare est in solutione, quod liceat alterius generis pecuniam, quàm quæ accepta fuit, solvere; Nullâ factâ distinctione inter

ter materiam & formam nummorum, prout communiter facere solent, ad iustitias assertum nostrum saltim quoad nummorum formam, quod tamen negant si diversitas nummorum reperiatur in materia, unde argentum pro auro &c. solvi posse iidem negant *vid. Purpurat. conf. 522.* Verum cum moneta æstimatione non tam ex materia, quam ex usu ad quem præstandum veniat, nil impedit, quo minus pro aureis nummi solvantur argentei, modo sint aliàs probi, & ad eam reddantur quantitates, ut æquivalent effectivè aureis *per l. 1. de contr. empt. l. 65. §. 1. de V. O. Hottom. in quest. illustr. 15. Donell. ad l. 3. n. 10. de reb. cred. Sapeotus in l. 4. de V. S.* Fallit autem dicta regula 1. si creditor per ejusmodi solutionem damnum passurus sit *l. 99. de solut. Covarruv. in qq. pract. de veterum collat. numism. c. 7. n. 6. add. R. J. de A. 1559. §. Die ist gemeldet.* 2. si surrogata hæc pecunia creditori ad gestationem nimis sit onerosa, ut sine sumptu ferri non possit *Curt. in tr. de monet. n. 24.* 3. si ab initio placuerit, ut in eadem forma & materia nummi reddantur *l. 48. de pact. d. Rec. Imp.* Favorabile tandem est, quod debitor in obligatione in diem concepta invito etiam creditori, ante diem solvere possit *l. 38. de V. O. l. 70. de solut. l. 50. de O. & A. cum dies regulariter debitoris causâ adjiciatur, cui favori renunciare potest. l. p. de pact. Arum. Ex. XVI. th. 3.*

§. 26. Alius modus tollendi obligationem est Compensatio, in qua favorabile est, quod admittatur, licet prior debitor juramento se adstrinxerit ad solutionem; *Zanger. tr. de Except. p. 3. c. 8. n. 13.* & quos ibi citat. Quod tamen communiter restringunt ad juramentum præstitum antequam ex altera parte contractum est debitum; Hinc non admittunt compensationem, si quis se soluturum juraverit, postquam mutuum jam adfuit debitum *vid. Schuz. comp. Lauterb. h. t. in Subj.* Favor quoque conspicitur in eo, quod compensare possit fidejussor illud, quod debitori principali debet creditor *per l. 4. h. t.* quod generaliter procedit sive reo principali, antequam fidejussor daretur, creditor debuit, sive post, sive tantundem, sive minus. Ratio-

tionem hujus exhibet ipsa l. 4. cui accedit, quod exceptio compensationis sit realis l. 7. l. 19. de Except. l. 32. de fidejuss. Hoc saltem adhuc perpendamus, quod in favorem compensationis, quantitatis cum specie nulla admittatur compensatio l. 18. de pign. act. Consistit verò hujus prohibitionis favor in eo, ne quis invitus aliud pro alio accipere cogatur contra pr. f. quib. mod. toll. obl. & ne quis rem suam emere vel vendere cogatur contra l. 11. C. de contr. empt. l. 16. C. de jure delib. accedit & illud, quòd in speciebus variet æstimatio Arum. Ex. XVI. th. 10.

§. 27. Sequitur Acceptilatio, in qua favorabile est, quod si uni ex pluribus correis debendi in solidum acceptum feratur, reliqui liberentur, ut ut creditor expressè protestetur, se non cæteris, sed illi soli, cui acceptum tulit prodesse l. 16. pr. de accept. l. 31. §. 1. de novat. nam hæc protestatio naturæ acceptilationis contraria, nihil operari potest l. 21. de precar. Fallit autem hæc regula 1. si creditor uni ex correis acceptum tulerit, & eidem actiones contra reliquos animo remunerandi, cesserit arg. l. 36. de solut. Bart. l. 36. de fidejuss. 2. Si creditor uni ex correis debendi partem saltem suam acceptum ferat l. 3. §. 1. de duob. reis. arg. l. 17. de accept. Aliæ exceptiones occurrunt in l. 5. §. 1. de donat. int. vir. & uxor. l. f. in pr. qua in fraud. cred. fact. nec non in l. 35. §. 6. de mort. caus. don. Hoc quoque circa acceptilationem favorabile est, quòd inutilis (i. e. à natura sua deficiens, dum id, quod non verbis, sed re vel consensu contractum est, verbis acceptum fertur. gl. ad l. 8. §. 3. h. t.) acceptilatio, utile producat pactum d. l. 8. pr. Quod tamen secus est in stipulatione l. 1. §. 2. de V. O. ratio diversitatis est, quòd hæc obligationem pariat, illa verò liberationem inducat; Leges autem proniores sunt ad liberandum, quam obligandum l. 47. de O. & A.

§. 28. Quoad Novationem notandum est, quòd omnis obligatio etiam in diem & conditionaliter concepta, novari possit l. 1. & 2. h. t. Circa quam ultimam hoc favoris conspiciatur, quòd, licet promissor ante conditionis existentiam decesserit, nondum tamen deficiat novatio; Cum morte naturali promissoris non extinguatur stipulatio, sed ad heredem trans-
eat.

eat, cujus personam interim repræsentat hereditas *l. 24. de novat. §. 4. f. de V. O. l. 42. de O. & A.* Idem quoque dicendum erit post *N. 134. c. f. & auth. bona damnatorum C. de bon. prosc. seu damn. de proscriptis vel damnatis ad mortem.* Cùm horum bona ascendentibus vel descendentibus, vel ex latere venientibus usque ad tertium gradum, tanquam heredibus relinquantur, qui utique obligantur ex stipulatione promissoris conditione eveniente *arg. l. 24. C. de fidej. §. 2. f. eod.* Aliud autem judicium ferendum est de deportatis; Licet enim fiscus horum bona capiat *l. 6. & seqq. C. de bon. proscr.* non tamen ad eum perveniunt, tanquam ad heredem, sed ex jure quodam singulari. Unde, cùm tempore existentis conditionis nemo sit, qui ex stipulatione promissoris deportati obligari possit *l. 14. §. 1. h. t.* ne quidem existente conditione novatio procedet.

§. 29. Novationis species est Delegatio, ubi favorabile est, quòd si debitor mandaverit actiones suas tertio, mandataribus hic præferatur mandanti acturo contra debitorem suum delegantem. *l. 55. de procur.* Quoniam per cessionem mandatario factam debitor liberatur in totum à creditore mandante *l. 2. C. de novat.* Et licet mandans subtilitate Juris dominus maneat, cùm ab ipso actiones recedere non possint *l. 3. pr. pro soc.* in effectu tamen is dominus est, qui eas suo nomine, inque suam utilitatem exercet, quod facit mandatarius *l. 9. C. de procur.* Ut proinde ipsi nocere non possit, si debitor delegans, vel etiam delegatus solverit mandanti. Cùm mandatario actiones sint cessæ, & ipsi stipulanti à debitore promissa solutio, unde ei actio ex stipulatu contra debitorem comparata est. *l. 1. C. de novat.* Alius quoque favor elucet exinde, quòd reus delegatus creditori non possit objicere exceptionem, quam forsitan habuit adversus delegantem, stipulatione jam interpositâ per *l. 12. & 19. h. t.* e. g. Mevius delegavit Sempronium creditori suo Cajo, delegatus Sempronius stipulanti creditori Cajo promittit; Si igitur creditor Cajo agere velit actione ex stipulatu adversus delegatum Sempronium, Sempronius non po-

poterit creditori objicere exceptionem, quæ ipsi forsan competiisset adversus debitorem delegantem. Ratio hujus reddi potest duplex (1) quia ignorantia facti alieni, quale est actus intercedens inter delegantem & delegatum *l. 9. de novat. nemini, ergo nec creditori, nocere debet l. 2. l. 8. l. p. de jur. & fact. ign. l. 19. de novat.* (2) quia delegatus remittere videtur exceptionem sibi competentem, dum sciens, se non debere, alteri stipulanti promisit. *l. 12. de novat. l. 1. l. 29. de cond. indeb. l. 47. C. eod. l. 53. de R. 7.* Ne verò hoc ipso damnum incurrat delegatus, conceditur ipsi adversus delegantem pro diversitate casuum, vel conditio certi, vel incerti vel actio mandati. *d. l. 12. l. 45. §. 4. mand.*

§. 39. Alius modus tollendi obligationem est Depositi Juris, quod salutare producit effectus tum quoad debitorem, tum creditorem; Illius intuitu favorabilis est effectus (1) quod non tantum perimat obligationem ipso jure *l. 9. C. de solut. & sistat cursum usurarum l. 19. C. de usur.* Sed & tollat obligationes pignorum & fidejussorum *l. 8. C. de distr. pign. l. f. C. de lit. pign. l. 20. C. de pign.* (2) quod, facta hac solenni depositione pecunia creditoris periculo esse incipiat *l. 72. de solut. l. 19. C. de usur.* Favor respectu creditoris conspicitur (1) in eo, quod ei detur actio in rem adversus quoscunque depositæ pecuniæ possessores non directa, sed utilis *l. 19. C. de usur. l. 20. C. de pact. l. 55. de O. & A.* (2) quod ipsi competat actio depositi utilis adversus depositarium. conf. pluribus *Zanger. de Except. p. 5. c. 2. n. 88. & seqq.* Vbi etiam proponit casus, in quibus nuda obligatio, item nuda obfignatio ad hos effectus producendos sufficit.

§. 30. Restaret nunc, ut de altero facto obligatorio, delicto scilicet non nihil differeremus; Ast cum illud omni dignum sit odio, nulloque nitatur favore, quem tamen pro objecto nostræ Dissertationis assumpsimus, hinc, eo prætermisso, accedo ad rationem & modum Jus persequendi in Judicio.

AFFECTIONE CIRCA
PROCESSVM.

§. 1.

Antequam ad ipsum processum accedimus, præmittamus
necessum est non nihil de Jurisdictione, Fori Competentia,
& generalibus Judiciorum. Et quidem quod attinet Jurisdi-
ctionem, circa eam varii conspiciuntur favores, quos inter ali-
quot recensuisse sufficet. Favorabile itaque est, quod con-
cessâ jurisdictione, ea quoque permessa intelligentur, sine
quibus illa expediri nequit *l. 3. de jurisd. Specul. tit. de Jurisd. omn.
Jud. n. 33.* Parili favore nititur, quod in concessione jurisdi-
ctionis mixtum quoque & merum veniat imperium. *Mich.
Grass. in comm. opin. in verbo Jurisd. q. 1. Laur. Kirchof. com. opin.
cent. 2. concl. 99. Decius & Jas. in l. imperium de jurisd.* Cùm Prin-
cipis beneficia plenissimæ sint interpretationis *l. f. de const. PP.*
& verbum jurisdictionis simpliciter prolatum in potiori signifi-
catione accipiatur ut genus complectens suas species. Fava-
rable etiam est, quod, quicquid intra territorium est, illius re-
gulariter præsumitur jurisdictionis, cujus est territorium *c. 2.
de restit. spol. in 6. Mascard. de probat. concl. 946. n. 26.* quoniam
jurisdictio in dubio adhæret territorio *Bart. in l. 29. de acqu. rer.
dom.* Vnde etiam concessio territorio, concessa censetur jurisdi-
ctio. *Curt. Jun. in l. 3. n. 103. de jurisd.*

§. 2. Circa Fori Competentiam hic animadvertitur fa-
vor, quod si quis sciens causam ad incompetens traxerit fo-
rum, mulctari possit vel privatione causæ. *l. 5. C. de jurisd. omn.
jud. l. 1. C. de assert. toll. vel nullitate eorum, quæ acta sunt. t. t.
C. si à non comp. Jud. jud. eff. dic. Wesenb. conf. 6. num. 205.* Sic
etiam favorable est respectu actoris, quod, licet reus domici-
lium habitationis mutaverit, nihilo tamen minus, si semel ibi
coeptum judicium, propterea non perimatur instantia *l. 30. de
jud.* Favorabilis item est tota materia Fori Privilegiati, cui ne
qui-

quidem volens, contra *l. p. C. de pact.* quis renunciare potest, quoties favor etiam respicit superiorem; Exemplo nobis esse possunt privilegia nonnullis Imp. Statibus concessa, ne eorum subditi coram tribunali Rottvilenfi conveniri possint. vid. *Schweder. in Introd. ad Jus Publ. part. spec. sect. 1. c. 14. §. 4.* his subditi renunciare nequeunt *Gail. 1. O. 40. num. 3. & 4.* Uti nec clerici de jure Canon. *c. significasti de for. comp. ibique gl. vel Vasalli Gail. d. O. n. 6.*

§. 3. Pergo jam ad ipsum Judicium, quod constituunt personæ, causa, & processus: Personæ autem sunt vel principales vel minus principales; Illæ sunt Judex, Actor & Reus. Primò itaque de Judice ejusque potestate, quæ multis munita est favoribus; Sic Judex contra regulam, *l. 4. §. 8. de damn. inf.* etiam parte non petente officium suum interponit, imprimis in iis, quæ ad Jus Publicum, & crimina pertinent, uti & in causis piis, & miserabilium personarum; Sic potest non petentibus ultrò Procuratores, & Advocatos dare, libellum ineptum rejicere, juramentum calumniæ exigere, dilationem concedere, de iis, quæ post litem contestatam emergunt, decernere. *v. gl. ad d. l. 4. §. 8.* Similiter potest Judex in casu deficientis juris facti applicabili, ex bono & æquo judicare, *Specul. de off. omn. Jud. §. 1. n. 3.* in tantum, ut & statuta, in quæ tamen juravit, possit præterire. *Bald. in l. 4. de off. Procons. c. canonum statuta. in ult. gl. de const.*

§. 4. Secunda persona principalis est Actor; Hic videmus favorem in pupillo & minore curatorem habente, quod si in judicio comparuerint sine tutoris vel curatoris auctoritate, sententia contra hos lata vim judicati non habeat. propter *l. 1. C. qui legit. pers. stand. in Jud. hab.* quod tamen secus est, si pro illis feratur. *l. 14. C. de Procur. l. 6. C. de jud.* Sic etiam ob favorem causæ, legitimâ aliàs standi in judicio personâ destitutus filius, sine consensu paterno rectè agit, in spiritualibus & ab his dependentibus, nec non beneficialibus *c. si omnia de jud. in 6.* ut & si ipsis studiorum, vel legationis causâ absentibus furtum vel injuria fiat. *l. 18. de jud.*

§. 5. Tertia persona principalis est Reus, de quo, uti in genere liquet, quod ejus partes sint favorabiles, *l. 125. de R. J.* ita in specie latere non potest, quod in hoc maximus resideat favor, quod reo exceptiones & defensiones semper sint salvæ, nec ulla temporis præscriptione summoveantur, *Felin. in c. si autem n. 5. de rescript. l. 5. §. f. de dol. mal. & met. exc.* ubi in fine additur ratio, quia non æquè est in potestate rei, atque actoris, jus suum in judicium deducere. Fallit autem hoc in exceptionibus, quæ reo per modum actionis competunt, qualis est Exceptio N. N. P. *auth. hanc autem querelam. C. de N. N. P.* Favorabile item est, quod actore non probante reus absolvatur, etsi in se onus probandi susceperit, inque probatione defecerit. *arg. l. 125. de R. J. Specul. tit. de Advocat. §. utriusque;* Unde etiam *Baldus in l. 4. C. de edend.* dicit, in paritate probationum judicandum esse pro reo; In dubio namque melior est conditio rei, pro quo etiam interpretatio fieri debet, *Specul. de Except. §. 3.* Haud minor quoque favor in exhibitione instrumentorum reo ab actore facienda, de qua *DD. ad tit. ff. & C. de edend. vid. Schuz, d. t. in Obj.* residet.

§. 6. Personæ minus principales in Judicio sunt Advocati, Procuratores, Executores, Nuncii &c. Quoad Advocatos notabile est, quod ob ingenii, doctrinæ, & eloquentiæ excellentiam, honore, immunitate, privilegiis & prærogativis gaudeant *l. 14. C. de Advoc. div. jud. l. 6. C. de post. l. 7. C. eod. Tirrag. de nobil. c. 19. Guid. Pap. dec. 388.* Unde etiam abstinere jubentur à vili advocacy, ne dignitatem imminuant. *l. 15. C. de decur.* Item, quod salarium annuum, si initio statim anni decesserint, transmittant ad heredes: *Jason & DD. in l. 4. de off. Ass.*

§. 7. Ab Advocato longè differt Procurator tum quoad statum, tum quoad officium. In hoc igitur favorabile est, quod se, per litis contestationem, non amplius integrat. *l. 22. C. de procur.* possit substituere alium, licet potestatem substituendi in mandato non habeat. *l. 23. C. eod. ubi in fin. additur ratio.*

§. 8. Sequitur jam ipse Processus, cujus principium est Citatio, quæ tantis suffulta est favoribus, ut eam neque Imperator, nec Papa, nec statutum vel lex tollere possit, cum sit Juris Naturalis. *Bart. & DD. in l. 9. de J. & J. l. 32. de LL.* Operatur præterea citatio prior præventionem judicii, *l. 19. de Jurisd.* inducit litispendentiam *Socin. tr. de citat. art. 31. num. 4. Myns. cent. 4. O. 26.* interrumpit præscriptionem. *l. 3. l. 7. C. de præsc. 30. vel 40. ann.* perpetuat jurisdictionem. *c. 20. de off. deleg. imò & actionem l. f. C. de præsc. 30. vel 40. ann.* Cogit denique reum ad comparandum *l. 2. & 5. si quis in jus vocat. non rer. licet de jurisdictione citantis dubitet. d. l. 2. Gail. 1. O. 48. num. 8.*

§. 9. Quòd si ita citatus non comparuerit per contumaciam (quæ etiam committitur, licet citatio ad illum non pervenerit, si modò citandus latitaverit, atque ita in causa fuerit, quo minus ipsi insinuari potuerit citatio. *arg. l. 7. §. 4. seqq. quib. ex caus. in poss. eat.* tunc actori petenti decernitur missio in bona contumacis ex primo Decreto; Favorabile hic erat de Jure Vet. quòd missio unius, etiam reliquis profuerit, ut inde nemo alteri præferretur *l. 12. de reb. auct. jud. poss.* quod tamen de praxi moderna secus est, ubi quilibet rem tenet ex propria missione. *DD. ad N. 53. c. 4. §. 1.*

§. 10. Si verò Reus, non attentâ hâc missione ex primo decreto, post annum legitimè vel tribus vicibus, vel unâ peremptoriè citatus in contumacia perseveraverit, idque vel latitando, vel planè non comparendo, vel comparendo quidem, sed secum debita cautione, & refusione impensarum ad judicium non offerendo *l. 8. §. f. p. C. de præsc. 30. ann.* decernitur, adversario postulante, missio ex secundo Decreto, quæ missum facit verum possessorem *l. 15. §. 16. & 33. de damn. infect.* imò rei possessæ dominum. *DD. in d. l. 15.* Militat tamen pro reo hic favor, quòd, si subsit defensionis causa, quâ contumacia ejus purgari possit, integrum ipsi etiam post annum servetur jus *c. quoniam. ubi gl. & DD. ut lite non contest.*

§. 11. Hactenus de reo contumace. Reo autem comparenti

3 1/2



renti offerri solet in iudicio Libellus, vel etiam ipsi citationi inferitur copia Libelli, ut reus exinde deliberare possit, vel in cedere, an contendere. *auth. offeratur. C. de lit. cont.* Imminus huius favor, ut reliqua silentio præteream, clarus redditur ex clausulis, & protestationibus salutariter libello adjici solitis, quarum unam alteramve adducam. Sic clausula: *Mit Vorbehalt sich zu keinem überflüssigen Beweisthumb zu verbinden:* insignem hunc producit effectum (*Diss. Schuz. comp. Lauterb. tit. de edend.*) ne actor teneatur qualitatem, præter substantiam & merita causæ, in libello deductam, vel aliud incidens probare. *Mascard. de probat. concl. 1275. n. 9.* Cum aliàs succumberet, non probando ejusmodi qualitatem, licet principale factum legitimè deduxerit *Specul. part. 6. de libell. oblat. num. 11.* Ad omnia namque in libello proposita probanda adstringitur. Maximi favoris est & hæc clausula: *Super quibus omnibus & singulis peto jus & justitiam administrari omni meliore modo, & forma, quam jure, consuetudine, & statuto fieri potest: Ea etenim juxta Jason. §. 1. f. de act. num. 149.* tres producit effectus, quorum (1) quòd Judex etiam super non expressè petitis pronunciare possit, *Gail. 1. O. 61. n. 11, & 12.* (2) quòd petitium cum possessorio simul in iudicium intelligatur deductum. *Felin. in c. licet n. 44. de simon. Jason. d. l.* (3) quòd ineptum libellum sustineat. *Jaf. d. l. n. 147.* Ejusdem favoris est quoque hæc clausula: *Unà cum expensis litis factis & faciendis: Expensæ enim non nisi petitiæ à victo victori præstantur.* *arg. l. 4. §. 8. de damn. inf.* cum sint ab ipsa causa principali separata *Gail. 1. O. 151. n. 21.* Clausula item, invocans Judicis officium, summi est favoris ob *d. l. 4. §. 8. & l. 18. comm. div. vid. Schuz. in comp. Lauterb. d. l. & quos ibi citat.*

§. 12. Cum itaque reus, uti ex dictis jam patet, deliberare debeat, vel in cedere an contendere? Dilationem ad deliberandum petere potest, *auth. offerat. C. de lit. cont.* quæ ipsi ex justa causa petenti deneganda haud erit. Favorabiliores autem hinc sunt partes rei, quam actoris, cum illi longiores concedi soleant, quàm huic, ob affectionem defensionis. *Menoch.*

noch. de pres. L. 2. pres. 90. n. 3. Justum tamen impedimentum tam reo, quam actori subvenit, ut in causa etiam civili usque ad quartam dilationem perveniatur, Gail. 1. O. 91. num. 4. Mynscent. 1. O. 71. Idem operatur supervenientia novarum exceptionum, vel probationum. dd. Auct. contra regulam l. 7. l. f. de feriis.

§. 13. Feriæ etiam, siue sint Sacræ, siue humanæ, exque tum necessariæ, vel urbanæ, vel rusticæ, tum honorariæ, item siue ordinariæ sint, siue extraordinariæ, quasi dilationem legitimam inducunt, ut proinde in iis citatus reus regulariter comparere non debeat. per l. 2. si quis in jus voc. non ier. DD. ad h. t.

§. 14. Antequam ad Litis Contestationem accedamus, locus quoque esset agendi de exceptionibus, Cùm hæc ut plurimum lite nondum contestata opponi soleant, cujus veritas desumi potest ab exceptionibus dilatoriis l. 13. de proc. & peremptoriis, si in vim dilatoriarum opponuntur c. 1. de lit. cont. in 6. c. un. X. eod. ubi Soc. n. 15. Quod intelligi quoque debet de exceptionibus jurisjurandi, rei judicatæ, transactionis, & præscriptionis, quæ tam ante, quam post lit. cont. objici possunt. Oldend. in Enchirid. Except. de Except. jurisj. in pr. nec non anomalis c. in nostra. de procur. clem. 1. de except. Ast cùm integri de Exceptionibus à Zangero, aliisque promanarint tractatus, hoc labore supersedeo.

§. 15. Et pergo ad satisfactionem, quam reus exceptione carens statim in primordio litis ab actore exigere solet l. 1. qui satisd. cog. Atque hæc de J. Civ. varias ob causas fieri debuit, ut videre est ex N. 112. c. 2. aurb. libell. C. de lit. cont. §. 3. J. de satisd. Hodiè autem exigitur saltim de expensis, & litis damno Strauch. Diss. 23. aph. 13. nec non pro reconventionem Illustr. Dn. Struv. Jurispr. l. 4. tit. 8. aph. 13.

§. 16. Gaudet verò Reconventio duobus potissimum favoribus, quorum 1. consistit in simultaneo cum conventionem processu, modò ante litem contestatam sit interposita O. Cam. p. 2. tit. 30. 2. in prorogatione jurisdictionis Judicis actoris;
Et

Etsi aliàs actor ibi iudicium pati non cogeretur *l. 22. de Jud. l. 14. C. de sent. & interl. omn. Jud. vel actor forum privilegiatum habeat ad. ll. Strauch. Disp. 24. aph. 21. §. 17.* Accidit quandoque, ut tertius ad causam inter alios jam motam pro jure suo in iudicio intercedat, quod dicitur Interventio, quæ favorabilis est, tum quòd in quacunque iudicii parte admittatur *Cravet. cons. 14. n. 3.* etiam post sententiam ad impediendum executionem *l. 15. §. 4. de re jud. ibique Bart. Wesenb. cons. 100.* tum, quod procedat in possessorio, licet interveniens petitorium intentat. *Felin. in c. cum super. n. 17. de re jud. Myns. cent. 2. O. 1.*

§. 18. Haëtenus de iis, quæ iudicium antegrediuntur, sequuntur nunc ea, quæ fiunt in ipso iudicio; Horum verò fundamentum & substantia est Litis Contestatio, quæ multos post se trahit favores. Sic eâ interveniente iudex recusari amplius nequit *l. 16. C. de jud. actiones perpetuat, l. f. C. de præscr. 30. vel 40. ann. exceptio est in restitutione in integrum. l. 28. de minor. vid. Myns. cent. 1. O. 513.* interrumpit præscriptionem *l. 3. C. de præsc. 30. vel 40. ann. excludit mutationem libelli l. 3. C. de edend. Constituit in mala fide, & mora. §. 2. J. de off. Jud. Effectus etiam litis cont. durant in appellationis instantia *Myns. cent. 5. O. 1. §. 38.**

§. 19. Lite contestatâ actor & reus jurant de Calumnia *t. t. C. de jurej. propter calumn. dand. vel in propria persona auth. principales. C. d. t. vel per Procuratores, qui in suam, & Principalium animam jurant. c. f. de juram. calumn. in 6.* In favorem tamen Procuratorum, ex officio datorum *Gail. 1. O. 88. n. 3. §. 9. ut & Parentum & Patronorum l. 16. de jurej. nec non Vasalorum, ob præstitam semel fidelitatem. Borchold. de feud. c. 10. n. 39. per text. in c. un. de rect. feud. necessitas hujus juramenti remissa est.*

§. 20. Præstito ita juramento calumniæ, Positiones ab actore, & Defensiones à reo, vel horum Procuratoribus porrigi solent, mediante juramento Dandorum intra terminum probationi præfinitum. *Schuz. tit. de interrog. in jur. fac. circa fin. Favor tamen conspicitur in eo, quod moræ purgatio admittatur, si*

si adversarii jus non fiat deterius. *auth. hoc sacrament. C. de juram. calumn. Menoch. de arbit. jud. L. 1. q. 35. n. 52.* Favor alias offenditur tum respectu ponentis, quod relevetur ab onere probandi, si adversarius ad positiones responderit. *c. statuimus. de conf. add. l. un. C. de confess.* tum etiam intuitu respondentis, in cujus præjudicium ponens non potest revocare id, quod posuit, cum eo ipso ponens omnes positiones veras esse fateatur. *Gail. 1. O. 79. n. 6. & 7.*

§. 21. Ad has positiones respondendum est per verbum Credit, vel Non Credit, mediante juramento Respondendorum *Mascard. de prob. V. 3. concl. 1176. n. 51. Gail. 1. O. 82.* Favorabilis hic de praxi obtinet protestatio: Salvo jure impertinentium & non admittendorum: quæ responsionem ad impertinentem fortè articulum datam pro non facta fingit *Myns. cent. 2. O. 56.*

§. 22. Litem contestatam & objectas fortè exceptiones peremptorias sequitur injuncta à Judice Probatio *Hahn. h. t. n. 2.* De qua in genere notandum, quod tanti sit favoris, ut Judex secundum eam potiùs, quàm propriam conscientiam judicare debeat. *Cujac. l. 21. O. 91. & communiter.* Fit autem probatio vel inartificialiter, vel artificialialiter, illud accidit si argumenta non ex ipsa causa eruantur, sed extrinsecus assumantur, Cujusmodi sunt testes & instrumenta.

§. 23. Circa Testes favorabile est, quod licet impubes aliàs non sit testis omni exceptione major *per l. 3. §. 1. h. t. testificari tamen possit pubes de eo, quod impubes vidit Farin. de testib. q. 58. n. 18.* modò illius jam benè recordetur, & adhuc impubes intellexerit. *Carpz. 1. c. 16. d. 53.* Sed etiam contra regulam, quâ testes ad dicendum testimonium coguntur *t. t. X. de test. cog.* Confessionarii ab hac necessitate eximuntur *t. 2. de pœnit. dist. 6. c. 2. de off. jud. ord.* quia ejusmodi confessiones non sacerdotibus, sed Deo fiunt *add. Schuz. in Comp. Lanterb. tit. de test. ubi plures exceptiones.* Debent verò testes esse jurati, si ipsorum testimonio fides sit habenda *l. 9. C. h. t.* Ob singularem tamen favorem juramentum remissum est Nobilibus & Illustribus

H Per-

Personis, in Bohemia, Austria, Bavaria, aliisque locis, qui absque juramento scripturam deponunt. *Gail. 1. O. 101. n. 4. & L. 2. O. 59. n. 2.* Testes ita jurati examinantur singulariter, nisi sit causa summaria vel modici præjudicii. *Bald. in l. 4. C. de sent. & interl.* Et quidem post litem contest. *t. t. X. ut lit. non cont.* Fallit tamen hæc regula in favorem veritatis, in productione ad perpetuam rei memoriam, quæ admittitur, quotiescunque periculum est, ne per mortem, absentiam diuturnam &c. testium, nobis probationis copia subtrahatur *cap. significavit. ibique DD. & gl. de test.*

§. 24. Alterum argumentum probationis inartificiosum est Instrumentum, quod est vel publicum, vel privatum; De illius favore constat inde, quod in antiquis fortior sit eâ, quæ fit per testes *Masc. de probat. V. 2. concl. 1105. n. 15. & 16. add. Schurz. in comp. Laut. h. t. in Effect.* Quoad hoc singularis favor introductus est Mercatoribus, quorum libri semiplenam probationem faciunt. *Requisita vid. apud Schurz. d. l.*

§. 25. Probatio artificialis fit per argumenta ex ipsius causæ visceribus eruta; Sunt autem hæc vel necessaria, vel probabilia, quæ dicuntur Præsumptiones, de quibus *vid. tr. Menoch. de præsumpt. & DD. ad tit. de prob. & præf.*

§. 26. Probationi inartificiali affine est Jusjurandum *Strauch. Diss. 25. aph. 24.* De quo generalis favor notandus, quod speciem transactionis, & auctoritatem rei judicatæ, nec non vim delegationis, novationis & solutionis habeat. *l. 1. de jurej. l. 26. §. f. l. 28. §. 1. l. 40 eod.* Ut hinc causa juramento decisa nullo prætextu retractari possit *l. 31. in f. h. t. l. 1. C. de reb. cred.* In juramento necessario speciatim obtinet, quod Judex etiam ex officio parte non petente, illud tam ante, quàm post conclusionem causæ deferre possit *Gail. 1. O. 108. n. 4.* Et quidem si actor & reus parem habeant probationem, reo potiùs, quàm actori deferret. *Menoch. de arbitr. c. 190. n. 19.* Juramentum in litem est vel Affectionis vel Veritatis; Illud quantum quantum est, favore nititur. *vid. DD. ad tit. de in lit. jur.* Hujus favor liquet ex eo, quod Judex

dex æstimationem jurantis præcisè sequi teneatur, nec reum
 minoris condemnare possit, ne aliàs manifestò committatur
 perjurium *auth post jursur. C. de Jud. N. 81. c. 10. §. 27.* Forma proba-
 tionis consistit in hoc, ut factum includatur articulis, qui sta-
 tim post designatum terminum probatorium sunt offerendi.
 Quoad hos favorabile est, quod Judex, parte etiam adversâ
 non petente, rejicere debeat ex officio irrelevantes *Gail. 1. O. 81.*
n. 4. & 15. Ex his articulis alteri parti communicatis formantur
 interrogatoria, ad quæ postmodum testes respondere cogun-
 tur; In his favor elucet, quod Judici concessa sit facultas inter-
 rogatoria omissa supplendi, itemque superflua & impertinen-
 tia rescandi *Albert. de Malel. tr. de testib. c. 8. n. 2.* Similiter, quod
 testes super omisfis repeti possint, remisso tamen juramento
Bart. in l. 21. §. si quid 1. qui test. fac. poss. n. 7. Mynsing. cent. 1.
O. 32.

§. 27. His ita præmissis, succedit conclusio causæ seu sub-
 missio ad sententiam, ubi utiliter receptum, quòd Judex partes
 tergiversantes ad conclusionem admonere, vel causam pro
 conclusa acceptare possit. *auth. jubemus. C. de jud. Plures favores*
videfis apud Illustr. Dn. Struvium Jurispr. L. 4. t. 13. aph. 3. & 4. ut
& Strauch. Diff. XVI. aph. 1.

§. 28. Hæc omnia tandem insequitur sententia, quæ (1)
 inter partes facit jus *l. 63. de re jud.* (2) post decendum transit
 in rem judicatam *l. 1. d. t.* (3) parit exceptionem litis finitæ *t. t.*
de exc. rei jud. Strauch. d. Diff. aph. 4. (4) habetur pro veritate.
l. 207. de R. J.

§. 29. Accidit autem quandoque, ut partes in sententia
 ita prolata non acquiescant, sed eandem oppugnent remediis
 vel nullitatis, vel appellationis, vel supplicationis, &c. In im-
 pugnanda sententia ob nullitatem hic elucet favor, quòd si ea-
 dem in continenti possit probari, sententiæ executionem dif-
 ferat. *vid. Ill. Dn. Struv. Jurispr. L. 4. tit. 19. aph. 6.*

§. 30. Appellatio in hoc favorem sentit, quòd quis in ca-
 su, ubi nec Judicis à quo, nec ad quem copia haberi potest, *l. 1.*
§. 10. quand. appell. sit, interponere eam possit coram honestis

viris, vel Notario cum testibus. c.f. X. h.t. l. 12. C. de his qui per met.
Jud. non app. O. Cam. p. 2. tit. 29. §. Item soll einem ieden ¶. Schuz.
in Comp. Laut. h. t. in form.

§. 31. Alio modo impugnatur sententia mediante Sup-
plicatione, ubi hoc singulare est, quòd non tantùm Principi
t. t. de prec. Imp. off. sed etiam ejus Notario porrigi possit. per
auth. quæ supplicatio. & ibi Bald. & Jas. C. dict. tit. Eodem favo-
re militat, quòd gravatus etiam post decendum intra duos
annos supplicare possit, si supplicatio porrigatur Principi. l. un.
C. de sent. pref. prat. Schenk. à Tautenberg. in progymn. fori L. 2. t. 18.
n. 2. secus est si Judici, auth. quæ supplicatio C. d. t.

§. 32. Ne verò potestas Judicis fiat elusoria, necessum est,
ut sententia mandetur Executioni, quæ singularem favorem
sentit, quòd in ea non admittatur exceptio, quæ altiorem re-
quirit indaginem Bart. & DD. in l. 4. de re jud. unde de ea oppo-
sita post executionem demum cognoscitur. Sic etiam illa re-
spuit appellationem, nisi in exequendo modus judicationis
excedatur l. 5. C. quorum appell. non recip. Imò nec supplicatio
executionem impedit, Bald. in d. auth. quæ supplicatio.

§. 33. Atque hæc simplicissimè, & quantum fieri potuit,
brevissimè de ampla aliàs favorum materia dixisse sufficiant;
Quam si non eâ, quâ par fuisset, soliditate profecutus fuero, in-
genii, instituti, temporisque ratio me excusabunt. Cæterùm
cujus præsidio telum dissertationis hujus sum exorsus, ut ejus-
dem subsidio contraham velum, imperat tralatitium.

A Jove principium, cum Jove finis erit. Sit itaque Tibi
Trinuni DEO, laus honor, & Gloria.

F I N I S.

COROL.

COROLLARIA.

Ex Jure Naturali & Gentium.

- I. Distinctio Juris Naturæ in præcipiens & permittens nullius est ponderis.
- II. Jus Naturale sano sensu est mutabile.
- III. Bellum movere Jure Naturæ est licitum.
- IV. Hostes interficere per subordinatam personam, utputa emissarium, Jure Gentium licet.
- V. Hostibus non licet res aliquas, quæ vel in bello tantum, vel in & extra bellum usum habent, subministrare.
- VI. Licitum est, salvis requisitis, castrum &c. in solo pacato occupare, idque, prout necessitas exigere videtur, munire, præsidio custodire, vel destruere.
- VII. Miles inferioris conditionis non est adstrictus in conscientia, ut inquirat in causas belli, justæne sint, an injustæ?
- VIII. Mercatores extra patriam agentes in aliis emporiis, tempore occupationis horum emporiorum ab oneribus & directionibus militum liberi esse debent.
- IX. Subditi exhausti Principis sui necessitatibus subvenire non tenentur.
- X. Literas mittere ad hostem minimè licet.

Ex Jure Civili.

- I. Qui moderamen inculpatæ tutelæ excedit, ordinaria poenâ L. Corn. puniendus non erit.
- II. Pactum de Quota litis non valet.
- III. Judex literarum imperitus esse potest.
- IV. Naturales liberi de inofficioso queri non possunt.
- V. Res propria legari nemini potest, in tantum, ut nec legatum convalescat, etsi rem vivo testatore alienaverit legatarius.
- VI. Cautio Mutiana in stipulationibus, cæterisque contractibus locum non habet.

- VII. Non ex omni injuria famulo meo illata injuriarum actio mihi competit.
- VIII. Sponsus sponsam jure adulterii accusare potest.
- IX. Mandans ut percutiat, expressè autem prohibens ne interficiat, si tamen mandatarius interficiat, mandans homicidii poenâ non tenetur.
- X. Tempus decendii in interponenda appellatione partium consensu prolongari nequit.

Ex Jure Canonico.

- I. Jus Canon. in causis matrimonialibus ubique ferè locorum observatur.
- II. Jus immunitatis Clericis tributum, non ad omnes pertinet.
- III. Usuræ legitimæ hoc Jure non improbantur.
- IV. Jure Canon. is obtinet in possessorio, qui litis contestatæ tempore antiquiorem habet possessionem, secus ac Jure Civili.
- V. Ille, cui simpliciter mandata est Jurisdictio in causa possessorii, vi hujus mandati, cognoscere quoque potest de causa petitorii.
- VI. Casu Jure Civili dubio, Jure verò Canon. clarè definito, decisioni Juris Can. in foro tam Ecclesiæ, quàm Imper. locus erit.
- VII. Jus Canon. distinctionem inter actiones bonæ fidei, & stricti juris non sustulit, ut multi arbitrantur.
- VIII. Purgatio vulgaris rectè à Jure Canon. rejicitur.
- IX. Sponsalia sub conditione, si 100. des in dotem, deficiente nulla sunt.
- X. Constitutiones Principum in corpus Juris Canon. relatæ tanquam canonizatæ vim habent obligandi etiam illo Jure.

Ex Jure Feudali.

- I. Princeps heres obligatur quandoque de facto debito & investitura, quam fecit Antecessor.
- II. Expectativam per Episcopum vel Abbatem, ante obitum Vassal-

- falli ultimi factam, ratam habere tenetur successor casu, quo possessionem vivente eo, cujus mors expectabatur, sibi cedi procuraverit novus beneficiarius.
- III. Feuda in universalis fideicommissi restitutione non veniunt.
 - IV. Apprehensione unius loci vel partis feudi devoluti, vel concessi totius, omnium pertinentiarum possessio acquisita interdum censetur.
 - V. Ubi jus Primogenituræ locum habet, nepos ex primogenito, vivo adhuc possessore, natus, excludit patrum secundo genitum.
 - VI. Nemo, ne quidem superiorem non agnoscens, foeminam ad successionem feudi, in præjudicium masculorum habitare potest.
 - VII. Filii dato pretio jus revocandi feudum paternum, cum consensu Domini alienatum, vivo adhuc patre alienante, habent.
 - VIII. Præscriptio contra patrem, vel proximiorum agnatum impleta, filio, vel proximo agnato non obest.
 - IX. Si ita feudum constituatur, ut singulis annis vasallus certam pensionem præstat, improprium erit.
 - X. Patris delictum in feudo ex pacto puro commissum, filios, metu recedentia, in æternum frustratur.

Ex Jure Publico.

- I. Possunt Reges, Electores, Duces, Principes, Comites, Barones, Civitates liberae, & qui immediatè Imperio subsunt, quandoque absque Cæsaris præscitu, aliorum protectioni se submittere.
- II. Si aliquis Status ab Imperatore ob rebellionem &c. est bannitus, ejusque bona alii cuidam statui concessa, bannitus verò postmodum ab Imp. restituatur, omnia bona à possidente vindicare potest regulariter.
- III. Accisæ pro usu Reip. à Statibus sine Imperatoris consensu imponi & augeri possunt.
- IV. Status quoque Imperii veniam ætatis concedere possunt.
- V.

Vp Ab Imperatore malè informato ad melius informandum nul-
la est appellatio.

VI. Reformare calendarium non est solius Imperatoris.

VII. Vicarii Imperii possunt de feudis Imperii novos vasalli suc-
cessores ab Imperatore nondum investitos, investire.


VIII. Saccularii non gaudent privilegiis nundinarum.

IX. Suspendio vel exclusio statûs à comitiis, omnium statuum
consensum requirit.

X. Electores Ecclesiastici, etiam ante pallium, jus eligendi ha-
bent.







ULB Halle
004 592 689

3



Sb.

1077





B.I.G.

Farbkarte #13

1690, // 17
V. JURIDICA 18.

ATIONE

CENTISSIMO,
E AC DOMINO,
LHELMO
IV. AC MONT.

WESTPHALIAE,
DE
TOPHORO

O, ICTO,
KO - VINARIENSIS
INTIMO,

TUTELARIS IENENSIS,
R. PROVINC. AC SCABIN.
TECESSORE

ACCEPTORE SVO
V DEVENERANDO,
MA SALANA
DISQUISITIONI

R. CHRIST. M DC XC.
R
ND. SCHEGK,
FRANCVS.

ACHAR. NISI.

3 1/2

